MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80122-7

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

LIVIUS, TITUS

TITLE:

TITI LIVI AB URBE CONDITA LIBER XXIII

PLACE:

TORINO

DATE:

1901

Master Negative #

91-80122-7

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

87LP
IF012

Lib. 23. 1901.

Livius, Titus.
Titi Livi Ab urbe condita liber XXIII, con brevi note dichiarative di Carlo Pascal. Torino, Paravia, 1901.
85 p. (Biblioteca scolastica di scrittori latini con note)

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 7/11/91 INITIALS F.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.



87LP IF012

Columbia University
in the City of New York
Library

Special Fund
Given anonymously

BIBLIOTECA SCOLASTICA

DI

SCRITTORI LATINI

con Note.

TITI LIVI

AB URBE CONDITA

LIBER XXIII

CON BREVI NOTE DICHIARATIVE

DI

CARLO PASCAL

1901

DITTA G. B. PARAVIA E COMP.

(Figli di I. VIGLIARDI-PARAVIA)

TORINO-ROMA-MILANO-FIRENZE-NAPOLI

PROPRIETÀ LETTERARIA

Torino — Stamperia Reale di G. B. Paravia e Comp.
114 (M) 3-V-901

NOV 4 1905 Lemcke & Buechner, 2/7.33
R.M. Oct. 29, 1918
379193

AVVERTENZA

Il testo che qui si riproduce è in genere quello di WEISSENBORN-MÜLLER (Lipsia, Teubner, 1894); le mutazioni sono di volta in volta indicate. Le note sono semplicissime, e per uso scolastico; quasi esclusivamente dichiarative. Con la semplice citazione MADVIG, abbiamo voluto significare l'opera *Emendationes livianae*, Hauniae, 1877. Con la citazione RIEMANN, *Études* l'opera *Études sur la langue et la grammaire de Tite Live*. Paris, Thorin, 1885. Con la citazione RIEMANN, *Rem.*, l'opera: *Titi Livi ab urbe condita libri XXIII, XXIV, XXV*, par O. RIEMANN et E. BENOIST. Paris, Hachette, 1883, dove sono a pag. 317 e segg. le *Remarques sur la langue de Tite Live*. Altre opere sono indicate lungo il corso del commento (1).

CARLO PASCAL.

(1) Alla revisione ha diligentemente collaborato, durante la stampa, il prof. Plinio Pratesi.

TITI LIVI

AB URBE CONDITA LIBER XXIII

PERIOCHA LIBRI XXIII.

Campani ad Hannibalem defecerunt. Nuntius Cannensis victoriae Mago Carthaginem missus anulos aureos corporibus occisorum detractos in vestibulo curiae effudit, quos excessisse modii mensuram traditur. Post quem nuntium Hanno, vir ex Poenis nobilibus, suadebat senatui Carthaginiensium, ut pacem a populo Romano peterent; nec tenuit obstrepente Barcina factione. Claudius Marcellus praetor ad Nolam eruptione adversus Hannibalem ex oppido facta prospere pugnavit. Casilinum a Poenis obsessum ita fame vexatum est, ut lora et pelles scutis detractas et mures inclusi essent (1). Nucibus per Vulturnum amnem a Romanis missis vixerunt. Senatus ex equestri ordine hominibus centum nonaginta septem suppletus est. L. Postumius praetor a Gallis cum exercitu caesus est. Cn. et P. Scipiones in Hispania Hasdrubalem vicerunt et Hispaniam suam fecerunt. Reliquiae Cannensis exercitus in Siciliam relegatae sunt, ne recederent inde nisi finito bello. Sempronius Gracchus consul Campanos cecidit. Claudius Marcellus praetor Hannibalis exercitum ad Nolam proelio fudit et vicit primusque tot cladibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit. Inter Philippum, Macedoniae regem, et Hannibalem societas iuncta est. Praeterea in Hispania feliciter a P. et *Cn. Scipionibus, in Sardinia* a T. Manlio praetore adversus Poenos res gestas continet, a quibus Hasdrubal dux et Mago et Hanno capti. Exercitus Hannibalis per hiberna ita luxuriatus est, ut corporis animique viribus enervaretur.

(1) *Essent*, cioè *ederent*.

TITI LIVI AB URBE CONDITA LIBER XXIII.

1 **I.** Hannibal post Cannensem pugnam *binaque castra* capta
ac direpta confestim ex Apulia in Samnium moverat, accitus
in Hirpinos a Statio *Trebio*, pollicente se Compsam traditurum.
2 Compsanus erat Trebius nobilis inter suos; sed premebat eum
Mopsiorum factio, familiae per gratiam Romanorum potentis.
3 Post famam Cannensis pugnae volgatumque Trebi sermonibus
adventum Hannibalis cum Mopsiani urbe excessissent, sine
certamine tradita urbs Poeno praesidiumque acceptum est.
4 Ibi praeda omni atque impedimentis relictis, exercitu partito
Magonem regionis eius urbes aut deficientis ab Romanis ac-
5 cipere aut detrectantis cogere ad defectionem iubet, ipse per
agrum Campanum mare inferum petit, oppugnaturus Neapolim,

Cap. I. — **1.** *Cannensem pugnam.* Allude alla sconfitta che i Romani ebbero presso Cannę; v. XXII, 44 e segg. Canne (*Cannae, -arum*) borgo dell'Apulia, sulla riva diritta dell'Ofanto (*Aufidus*). — *binaque castra:* aggiunta congetturale (FACIO, PANORMITA, *castraque;* LUCHS, *bina;* cfr. XXII, 52). — È assai frequente in latino l'uso del participio passato unito con un sostantivo, in luogo di un sostantivo astratto; così più giù *conspecta moenia:* « la vista delle mura ». V. DRÄGER, *Synt.*, II, p. 779 e RIEMANN, *Études*, p. 105. — *moverat*, intransitivo, per ellissi di *signa* o *castra:* « muovere le insegne » o « gli accampamenti ». Così *ducere*, sottint. *esercitum; permittere*, sott. *rem:* « dar pieni poteri »; v. RIEMANN, *Rem.*, 49. — **2.** *Compsanus:* di Compsa, oggi Conza, città degl'Irpini, nelle montagne del Sannio. — *Trebius*, nome osco: rimane anche in iscrizioni osche. *Statius* in osco è prenome. — *nobilis inter suos;* espressione che ha quasi valore superlativo: « nobilissimo di sua gente ». Quest'uso è da aggiungere a quelli che il FÜGNER, *Livius*, XXI-XXIII, p. 55, registra con *pauci;* ad es.: XXIII, 44, 4, *clades memorabilis inter paucas:* « come ben poche ». — *premebat:* « gli faceva pressione ». — *per gratiam Romanorum:* « perchè godeva il favor dei Romani ». — **3.** *post famam:* « sparsasi la fama ». — *volgatumque Trebi sermonibus:* « essendosi divulgato pel gran parlare che ne faceva Trebio ». — *Mopsiani urbe:* il più antico codice (del sec. VI, secondo Chatelain) il Puteano, ha *Compsam urbem. Mopsiani* è dovuto al GRONOVIO, *urbe* al MADVIG. Il WEISSENBORN nella 6ª edizione ritenne l'*urbem*, citando tra gli altri LUCR., I, 497, *patrios excedere muros.* — *Poeno:* Annibale, che è poi pure il soggetto sottinteso coi verbi seguenti. — **4.** *detractantis:* cioè che non volevano romper fede ai Romani. — *cogere ad def.;* come in XXXIV, 18, 2, *ad defectionem cogerentur.* — **5.** *oppugnaturus:* « con l'intenzione di... ». Il participio futuro col senso d'intenzione è frequente in Livio

ut urbem maritimam haberet. Ubi fines Neapolitanorum in- 6
travit, Numidas partim in insidiis — et pleraeque cavae sunt
viae sinusque occulti —, quacumque apte poterat, disposuit,
alios prae se actam praedam ex agris ostentantis obequitare
portis iussit. In quos, quia nec multi et incompositi vide- 7
bantur, cum turma equitum erupisset, ab cedentibus consulto
tracta in insidias circumventa est; nec evasisset quisquam,
ni mare propinquum et haud procul litore naves, piscatoriae 8
pleraeque, conspectae peritis nandi dedissent effugium. Aliquot 9
tamen eo proelio nobiles iuvenes capti caesique, inter quos
et Hegeas, praefectus equitum, intemperantius cedentes secutus
cecidit. Ab urbe oppugnanda Poenum absterruere conspecta 10
moenia haudquaquam prompta oppugnanti.

II. Inde Capuam flectit iter luxuriantem longa felicitate 1
atque indulgentia fortunae, maxime tamen inter corrupta

(VIII, 26, 1; X, 26, 7; XXI, 58, 2, ecc.); più raramente in tal significato è unito anche con *ut;* XXI, 32, 10, *subiit tumulos, ut ex aperto... vim per angustias facturus:* « come colui che aveva l'intenzione di... ». La prosa anteriore a Livio adopera il participio in *urus* con l'ausiliario *sum.* V. GÜTHLING, *De T. Livii oratione disputatio*, Liegnitz, 1872, p. 5. — **6.** *et:* « e infatti ». — *sinus occulti:* valloni, recessi, grotte naturali. — *alios*, in correlazione con un *partim*, anche presso CICERONE, *Nat. Deor.*, 1, 37, 103: « *bestiarum terrenae sunt aliae, partim aquatiles*, ecc. — *prae se* è da unire con *ostentantis; actam* è da unire con *ex agris.* Male, credo, il RIEMANN (*Rem.*, 55) unisce *praedam ex agris*, ponendo quest'ultima espressione come in vece di un aggettivo. Con la nostra collocazione cade anche l'altra osservazione del RIEMANN stesso (*Rem.*, 185) che *actam* abbia qui il significato di un participio presente, non passato. — **7.** *nec multi et incompositi:* « poco numerosi e disordinati ». La correlazione *nec... et* è pure in CICERONE (*Amic.*, 27, 104, ecc.); e così *et... nec* (*Brut.*, 4, 17). — *turma equitum:* una torma di cavalleria era composta di trentatre cavalieri. — *ab cedentibus consulto:* « dai Numidi che a bella posta si ritiravano ». — **8.** *haud procul* è da unire con *conspectae.* — *procul litore*, senza l'*ab* è uso peculiare a Livio, estraneo a Cicerone. — **9.** *intemperantius:* « con troppa foga ». — **10.** *prompta oppugnanti:* « facili alla scalata ».

Cap. II. — **1.** *luxuriantem:* « datosi a ogni piacere ». Cicerone avrebbe forse adoperato *lascivire* (*Rep.*, 1, 40, 63). Livio adopera *luxuriare* per indicare la gioia sfrenata ed incomposta; cfr. più sotto al cap. 12, 12: « *vereor ne haec quoque laetitia luxuriet nobis* », ed anche per significare l'eccesso di passioni ignobili come la vanagloria, l'accidia, ecc.: II, 48, 3, « *nimia gloria luxuriare* »; I, 19, 4, « *ne luxuriarent otio animi* ». — *felicitate atque indulgentia:* si possono rendere con « prosperità e favore ». Il RIEMANN, *Rem.*, 108, nota che gli ablativi son qui invece del *propter;* ma occorre

2 omnia licentia plebis sine modo libertatem exercentis. Senatum et sibi et plebi obnoxium Pacuvius Calavius fecerat, nobilis idem ac popularis homo, ceterum malis artibus nan-
3 ctus opes. Is cum eo forte anno, quo res male gesta ad Trasumennum est, in summo magistratu esset, iam diu infestam senatui plebem ratus per occasionem novandi res magnum ausuram facinus, ut, si in ea loca Hannibal cum victore exercitu venisset, trucidato senatu traderet Capuam Poenis,
4 inprobus homo, sed non ad extremum perditus, cum mallet incolumi quam eversa re publica dominari, nullam autem incolumem esse orbatam publico consilio crederet, rationem iniit, qua et senatum servaret et obnoxium sibi ac plebi fa-
5 ceret. Vocato senatu cum sibi defectionis ab Romanis consilium placiturum nullo modo, nisi necessarium fuisset, prae-
6 fatus esset, quippe qui liberos ex Appii Claudii filia haberet
7 filiamque Romam nuptum *M.* Livio dedisset; ceterum maiorem

---

avvertire che con *luxuriare* e con i sinonimi *lascivire, gestire. exsultare,* è consueto nella prosa classica che il sostantivo astratto si ponga nell'ablativo. Per gli esempii ciceroniani vedi il nostro *Diz. dell'uso ciceroniano,* alle voci sopra notate; degli esempii liviani porteremo, oltre quelli già citati sopra, II, 24, 2: XXVII, 2, 2, *exsultare;* XXI, 53, 1; XXIII, 8, 9, *gaudio efferri;* così XXVII. 19, 12 « *gaudio lacrimas effundere* »; V, 7, 11 « *omnibus gaudio lacrimae manant* », ecc. — *licentia* dipende sempre da *luxuriantem.* — *sine modo lib. exerc.:* « usava smodatamente della libertà ». — **2.** *idem,* per riferire ad una sola persona le due idee opposte espresse da *nobilis ac popularis:* puoi tradurre « ad un tempo ». — *popularis:* « democratico ». — *nanctus opes:* « salito in potenza ». Altre frasi liviane di simil valore: I, 45, 1, *opes acquirere;* II, 41, 2, *opes struere;* XXI, 7, 3, *in opes crescere.* — **3.** *in summo magistratu:* era dunque *medix tuticus,* titolo che si trova e in Livio stesso (cap. 35, 13) e nelle iscrizioni osche. — *iam diu:* « già da lungo tempo ». — *novandi res:* « di fare un colpo di Stato », o « di mutare la costituzione ». È frase consueta in Livio: I, 52, 1; XXVII, 24, 7; ma vi si trova pure *novas res velle,* XXII, 22, 11; *novas res moliri,* XXXIV, 61, 6; *nova consilia capere,* XXVII, 22, 13. — *ut,* esplicativo del *facinus:* « e cioè di... ». Cfr. *Rosc. Am.,* 28 « *consilium ceperunt... ut nomen huius* de *parricidio deferrent* ». — **4.** *ad extremum perditus:* « giunto all'ultimo grado della corruzione ». — *dominari:* « esercitare potere dispotico ». Livio dice pure *imperium tenere,* I, 51, 4; *regnum agere,* I, 32, 3, e simili. — *orbatam,* cioè *si orbata esset.* — *publico consilio,* il senato. — *rationem iniit:* « adottò un espediente ». — **5.** *consilium placiturum nullo modo:* « che egli non approvava affatto la proposta ». — **6.** *ex Appii Claudii:* probabilmente d'Appio Claudio Pulcro, console (XXV, 2, 4), che assediò Capua (XXV, 18 e segg.), la costrinse a capitolare e morì al momento della

multo rem magisque timendam instare: non enim per defectionem ad tollendum ex civitate senatum plebem spectare, sed per caedem senatus vacuam rem publicam tradere Han-
nibali ac Poenis velle; eo se periculo posse liberare eos, si 8
permittant sibi et certaminum in re publica obliti credant, — cum omnes victi metu permitterent, « Claudam » inquit « in 9
curia vos et tamquam et ipse cogitati facinoris particeps adprobando consilia, quibus nequiquam adversarer, viam saluti vestrae inveniam. In hoc fidem, quam voltis ipsi, accipite ». 10
Fide data egressus claudi curiam iubet, praesidiumque in vestibulo relinquit, ne quis adire curiam iniussu suo neve inde egredi possit. **III.** Tum vocato ad contionem populo, « Quod 1
saepe » inquit « optastis, Campani, ut supplicii sumendi vobis ex improbo ac detestabili senatu potestas esset, eam non per 2
tumultum expugnantes domos singulorum, quas praesidiis clientium servorumque tuentur, cum summo vestro periculo, sed tutam habetis ac liberam. Clausos omnis in curiam accipite, 3
solos, inermis. Nec quicquam raptim aut forte temere egeritis; de singulorum capite vobis ius sententiae dicendae fa-
ciam, ut quas quisque meritus est poenas pendat. Sed ante 4
omnia ita vos irae indulgere oportet, ut potiorem ira salutem

---

capitolazione (XXVI, 16, 2). — *M. Livio:* è possibile che sia il famoso M. Livio Salinatore, che vinse con Nerone la battaglia del Metauro contro Asdrubale. — **7.** *spectare:* « mirare a ». — **8.** *certaminum in re publica:* « dissensi politici ». — **9.** *et ipse:* καί αὐτός, « anch'egli »; *et* per *etiam,* frequente in Livio; già in Cesare, *Bell. Gall.,* VII, 66, 6. — **10.** *fidem:* « il giuramento ».

Cap. III. — **1.** *ut,* esplicativo, riferito a *quod optastis;* vedi sopra nota a II, 3. — *eam,* sott. *potestatem* [*potestatem eius rei*]. — *cum summo vestro periculo,* unito dal Riemann, dal Bonino, ecc. con *expugnantes.* È chiaro invece che l'ordine delle parole è il seguente: *eam potestatem habetis non cum summo vestro periculo sed...* — *nec... egeritis: neque* o *nec* per *neve,* com'è regolare in latino, quando precede, come qui, un imperativo. *Egeritis,* non *agatis,* perchè l'imperativo negativo di seconda persona, quand'è retto da *ne,* si esprime col perfetto soggiuntivo. — **3.** *forte temere:* si suol vedere qui un'unione di sinonimi, senza copulativa. Così Hand, *Tursell.,* II, p. 771; Riemann, *Rem.,* 144. Ma il *forte* può aver qui il significato suo solito « per avventura »: « nè fate per avventura alcunchè di sconsigliato ». — **4.** *ante omnia:* qui in senso metaforico, *praecipue;* estraneo alla prosa classica. — *ita... ut,* limitativo: « a tal patto che ». — *irae indulgere:*

atque utilitatem vestram habeatis. Etenim hos, ut opinor,
odistis senatores, non senatum omnino habere non voltis;
5 quippe aut rex, quod abominandum, aut, quod unum liberae
civitatis consilium est, senatus habendus est. Itaque duae
res simul agendae vobis sunt, ut et veterem senatum tollatis
6 et novum cooptetis. Citari singulos senatores iubebo deque
eorum capite vos consulam; quod de quoque censueritis, fiet.
Sed prius in eius locum virum fortem ac strenuum novum
senatorem cooptabitis, quam de noxio supplicium sumatur ».
7 Inde consedit, et nominibus in urnam coniectis citari quod
primum sorte nomen excidit ipsumque e curia produci iussit.
8 Ubi auditum est nomen, malum et inprobum pro se quisque
9 clamare et supplicio dignum. Tum Pacuvius: « Video, quae
de hoc sententia sit; date igitur pro malo atque inprobo bo-
num senatorem et iustum ». Primo silentium erat inopia po-
10 tioris subiciundi; deinde, cum aliquis omissa verecundia quem-
piam nominasset, multo maior extemplo clamor oriebatur,
11 cum alii negarent nosse, alii nunc probra nunc humilitatem
sordidamque inopiam et pudendae artis aut quaestus genus
12 obicerent. Hoc multo magis in secundo ac tertio citato

‹ sfogare l'ira ›. — *potiorem... habeatis:* ‹ abbiate in maggior conto › o ‹ abbiate più a cuore ›. In tal significato è frequente presso Cicerone (p. e. in *Amic.*, 5, 19; in *Rep.*, 6, 9, 9). — *senatum... habere:* ‹ avere un Senato › (come istituzione); altrove, e più frequente: ‹ tenere una seduta del Senato ›. — **5.** *quod abominandum:* neutro, perchè si riferisce a tutto il concetto *rex habendus est.* — *duae res... ut,* esplicativo: si può rendere con ‹ cioè › e l'infinito. — *tollatis:* ‹ destituiate ›; *cooptetis:* ‹ scegliate ›. — **6.** *deque eorum:* bella congettura del Madvig, invece di *de quorum.* — *eorum capite:* ‹ se sia degno di morte ›. — *novum senatorem*, predicato di *cooptabitis:* ‹ qual nuovo senatore ›. — **7.** *citari quod... nomen:* ‹ chiamare il primo sorteggiato ›. Libera espressione per *eum cuius nomen;* e all'*eum* sottinteso si riferisce l'*ipsum* seguente (Weissenborn, Riemann). — **8.** *pro se:* ‹ per conto suo ›. — *clamare.* ‹ proclamare ›. — **10.** *potioris subiciundi:* ‹ non avendone uno migliore da sostituirgli ›. *Potior* per ‹ preferibile › è classico; come ad es. in *De Orat.*, 3, 22, 82. — *aliquis*, non *quidam;* l'uno indica che non si nomina, perchè non si sa chi sia; l'altro che non si nomina pur sapendolo. — **11.** *negarent nosse:* ‹ dicevano di non conoscerlo ›. — *probra:* ‹ azioni disoneste ›; *humilitatem* ‹ la vil condizione ›. — *pudendae artis aut quaestus genus:* ‹ genere di mestiere o di guadagno disdicevole a un senatore ›. — **12.** *in secundo: in* con l'abl. anche nella prosa classica:

senatore est factum, ut ipsius paenitere homines appareret,
quem autem in eius substituerent locum, deesse, quia nec *eosdem* 13
nominari attinebat, nihil aliud quam ad audienda probra no-
minatos, et multo humiliores obscurioresque ceteri erant eis,
qui primi memoriae occurrerant. Ita dilabi homines, notis- 14
simum quodque malum maxume tolerabile dicentes esse iuben-
tesque senatum ex custodia dimitti.

IV. Hoc modo Pacuvius cum obnoxium vitae beneficio se- 1
natum multo sibi magis quam plebi fecisset, sine armis, iam
omnibus concedentibus, dominabatur. Hinc senatores omissa 2
dignitatis libertatisque memoria plebem adulari: salutare, be-
nigne invitare, apparatis accipere epulis; eas causas suscipere, 3
ei semper parti adesse, secundum *eam litem iudices dare*,
quae magis popularis aptiorque in volgus favori conciliando
esset; iam vero nihil in senatu agi aliter, quam si plebis ibi 4
esset concilium. Prona semper civitas in luxuriam non inge-
niorum modo vitio sed affluenti copia voluptatium et inlecebris

---

‹ riguardo a ›; cfr. il notissimo *in hoc genere.* — *est factum:* ‹ avvenne ›. — *ipsius:* il senatore antico. — *paenitere:* ‹ essere scontenti ›. — **13.** *eosdem*: i senatori destituiti, come risulta dalla frase seguente. Altri intendono: ‹ quelli proposti in luogo dei primi estratti › (Riemann, Bonino); ma si aspetterebbe quindi *eos*, non *eosdem.* Nè la proposizione *qui primi memoriae occurrerant* disdice punto alla nostra interpretazione; non valeva la pena di confermare in carica gli uscenti, e d'altra parte mancava chi nominare, giacchè tutti gli altri erano ancor più umili e oscuri dei primi occorsi alla memoria. — **14.** *dilabi:* ‹ sbandarsi ›. — *notissimum quodque*, ecc.: ‹ che un male quanto più è conosciuto, tanto è più tollerabile ›.

Cap. IV. — **1.** *iam omnibus concedentibus:* ‹ senza trovare più opposizione in alcuno › (nè dell'aristocrazia, nè del popolo). — **2.** *hinc:* ‹ da questo punto ›. — *apparatis... epulis:* ‹ banchetti sontuosi ›. Cicerone, *Tusc.*, 5, 21, 62: ‹ *conquisitissimis epulis* ›. *Epulis* è abl.; l'abl. è d'uso classico però non con *accipere*, bensì con *recipere (tecto, domo).* — **3.** *eas causas suscipere*, cioè *eius partis causas* ‹ patrocinare ›; *adesse,* ‹ sostenere, favorire ›. — *secundum eam litem*, ecc.: *lis* per l'ogg. stesso della contestazione; quindi ‹ assegnar giudici favorevoli a quella sentenza ›. Altri prende *iudices* per nominativo, ed intende: *secundum eam (partem) iudices* (‹ in qualità di giudici ›) *litem dare* (‹ sentenziare ›). Osservo che con tale interpretazione sembra ozioso il *quae magis popularis*, ecc. — *in volgus* dipende da *favori conciliando* ‹ tra la moltitudine ›. — **4.** *agi aliter quam si*, cioè discutevano e deliberavano sol quello che potesse lusingare il popolo. — *prona in:* presso Cic. *pronus* con *ad* (*Rep.* 2, 26, 47; 2, 41, 68). — *ingeniorum vitio:* ‹ viziosa indole ›. — *omnis amoenitatis:*

5 omnis amoenitatis maritimae terrestrisque, tum vero ita
obsequio principum et licentia plebei lascivire, ut nec li-
6 bidini nec sumptibus modus esset. Ad contemptum legum,
magistratuum senatus accessit tum, post Cannensem cladem,
ut, cuius aliqua verecundia erat, Romanum quoque spernerent
7 imperium. Id modo erat in mora, ne extemplo deficerent,
quod conubium vetustum multas familias claras ac potentis
8 Romanis miscuerat, et, cum militarent aliquot apud Romanos,
maximum vinculum erant trecenti equites, nobilissimus
quisque Campanorum, in praesidia Sicularum urbium delecti
ab Romanis ac missi.

1 V. Horum parentes cognatique aegre pervicerunt, ut legati
ad consulem Romanum mitterentur. Ii nondum Canusium
profectum, sed Venusiae cum paucis ac semiermibus consulem
invenerunt, quam poterat maxime miserabilem bonis sociis,
2 superbis atque infidelibus, ut erant Campani, spernendum. Et
auxit rerum suarum suique contemptum consul nimis dete-
3 gendo cladem nudandoque. Nam cum legati aegre ferre se-
natum populumque Campanum adversi quicquam evenisse

« bellezze naturali di ogni specie ». — **5.** *obsequio principum:* « per la blandizia degli aristocratici verso la plebe ». — *lascivire:* vedi la nota a *luxuriantem*, II, 1. — **6.** *accessit:* « si aggiunse che... », o con l'*ut* o col *quod* o con l'acc. e l'infinito. — *cuius* si riferisce a *romanum imperium.* — **7.** *erat in mora ne*, ecc.: « impediva l'immediata defezione ». *In mora esse* o *morari* meglio col *quominus;* cfr. III, 34, 4; XXIV, 33, 6; XXX, 44, 3. Il RIEMANN intende: « era tra le cause di ritardo », ma la causa era una sola; cfr. *modo.* Del resto *in mora esse*, per « impedire » (una cosa immediata) si trova spesso in LIVIO, III, 24, 7; XXIII, 4, 7; XXIV, 33, 6; XXVI, 3, 8; XLIV, 22, 5. — **8.** *aliquot*, qui adoperato come sostantivo, al nom.; raro. — *ac missi*, sott. *ab Romanis;* così, XXI, 19, 10: « *ne quis fidei romanae aut societati confidat* », cioè *societati cum Romanis.*

Cap. V. — **1.** *pervicerunt ut:* « fecero trionfare il partito di... ». — *Canusium*, città dell'Apulia, sulla riva destra dell'Ofanto; oggi Canosa. — *Venusiae*, oggi Venosa. — *quam poterat maxime:* « quanto più si poteva »; quindi *quam poterat maxime miserabilem:* « degno della maggiore pietà ». *Poterat* è impersonale; cfr. anche presso CIC. *potest:* « è possibile » (*Fam.*, 1, 2, 4). — *spernendum* non ha significato di necessità, ma ha quello di un aggettivo in *bilis*: « oggetto di sprezzo ». — **2.** *nudandoque:* anche noi nel medesimo significato traslato « mettere a nudo ». — **3.** *aegre ferre:* « che il Senato, ecc.... eran dolenti ». — *adversi quicquam:* la frase non essendo negativa, si aspetterebbe qui, grammaticalmente, *aliquid*; ma

Romanis nuntiassent pollicerenturque omnia, quae ad bellum
opus essent, « Morem magis » inquit « loquendi cum sociis ser- 4
vastis, Campani, iubentes, quae opus essent ad bellum, impe-
rare, quam convenienter ad praesentem fortunae nostrae sta-
tum locutis estis. Quid enim nobis ad Cannas relictum est,
ut, quia aliquid habeamus, id, quod *de*est, expleri ab sociis 5
velimus? pedites vobis imperemus, tamquam equites habea-
mus? pecuniam deesse dicamus, tamquam ea tantum desit?
nihil, ne quod suppleremus quidem, nobis reliquit fortuna. 6
Legiones equitatus arma signa equi virique pecunia commeatus
aut in acie aut binis postero die amissis castris perierunt.
Itaque non iuvetis nos in bello oportet, Campani, sed paene 7
bellum pro nobis suscipiatis. Veniat in mentem, ut trepidos 8
quondam maiores vestros intra moenia compulsos nec Sam-
nitem modo hostem sed etiam Sidicinum paventis, receptos
in fidem *ad* Saticulam defenderimus, coeptumque propter vos
cum Samnitibus bellum per centum prope annos variante
fortuna eventum tulerimus. Adicite ad haec, quod foedus 9

Livio vuol far comprendere che i legati nelle loro cortesie ufficiali avevano adoperato frasi, nelle quali era implicita l'espressione del desiderio che nulla di male fosse accaduto ai Romani. Anche presso CIC. è consueto l'uso di *quisquam* ad indicare che il pensiero sottinteso è negativo. Cfr. RIEMANN, *Études*, p. 171 e segg. — **4.** *morem... servastis:* « avreste tenuto un linguaggio più opportuno ». — *quam convenienter... locuti estis:* « che non abbiate or parlato in modo convenevole... ». — **5.** *quia aliquid habeamus:* col congiuntivo, perchè dipende da un'altra proposizione pure col congiuntivo; e vuole indicare che l'offerta di compiere i preparativi di guerra varrebbe solo nel caso che qualche cosa fosse a Canne rimasta ai Romani. — *imperemus:* « dovremmo noi...? ». — *ea tantum*, perchè mancava anche tutto il resto: soldati, cavalli, armi, ecc. — **6.** *ne quod suppleremus quidem: supplere* qui nel medesimo senso dell'*explere* che è sopra (5): « niente, neppur da completare ». — *equi virique:* « soldati a cavallo e a piedi »; così nel V, 37, 5. — *binis:* congettura del GRONOVIO; i codici hanno *uinis* o *ruinis.* — **8.** *veniat in mentem ut:* l'*ut* è modale (« come »), e con queste frasi imperative (*videte, recordamini*, ecc.) è più energico della proposizione infinitiva, richiamando l'attenzione sulle particolarità. — *Sidicinum*, cioè di *Teanum Sidicinum* sul versante settentrionale del monte Massico. V'è contraddizione tra questo passo e il lib. VII, 29, 4 e segg. — *Saticula*, nel Sannio, ai confini della Campania. — *per centum prope annos:* più propriamente (XXXI, 31, 10) *per annos prope septuaginta;* ma qui non è inesattezza storica, bensì amplificazione oratoria. — *variante fortuna eventum: eventum* è ogg. di *variante* che non è

aequum dediticiis, quod leges vestras, quod ad extremum, id
quod ante Cannensem certe cladem maximum fuit, civitatem
nostram magnae parti vestrum dedimus communicavimusque
10 vobiscum. Itaque communem vos hanc cladem, quae accepta
est, credere, Campani, oportet, communem patriam tuendam
11 arbitrari esse. Non cum Samnite aut Etrusco res est, ut,
quod a nobis ablatum sit, in Italia tamen imperium maneat;
Poenus hostis, ne Africae quidem indigena, ab ultimis ter-
rarum oris, freto Oceani Herculisque columnis, expertem omnis
iuris et condicionis et linguae prope humanae militem trahit.
12 Hunc natura et moribus inmitem ferumque insuper dux ipse
efferavit pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue
faciendis et, quod proloqui etiam piget, vesci corporibus hu-
13 manis docendo. His infandis pastos epulis, quas contingere
etiam nefas sit, videre atque habere dominos et ex Africa et
a Carthagine iura petere et Italiam Numidarum ac Maurorum
pati provinciam esse, cui non, genito modo in Italia, dete-
14 stabile sit? Pulchrum erit, Campani, prolapsum clade Ro-
man*o*rum imperium vestra fide, vestris viribus retentum ac
15 recuperatum esse. Triginta milia peditum, quattuor equitum

---

adoperato intransitivamente, come suppone il Bonino): « con vario evento di fortuna ». — **9.** *dediticiis*, cioè *vobis:* come *dediticii* non avreste potuto aspettarvi un *foedus aequum.* La lezione è dell'Alschefski; altri altrimenti; i codici hanno *dedistis.* — *ad extremum: denique.* — **10.** *res est*: qui « si combatte ». *Ut:* « per modo che ». — *quod a nobis ablatum sit:* il congiuntivo (a prescindere dalla ragione di dipendenza) per significare: « che, *nel caso*, ci sarebbe tolto ». — *ne Africae quidem indigena:* il Madvig legge *indigenam* (*militem*). I Cartaginesi erano colonia fenicia. — *freto Oceani:* allude allo stretto di Gibilterra. — *Herculisque columnae*: le montagne Calpe e Abyla, tra le quali si trova lo stretto di Cadice (*fretum Gaditanum*, oggi Gibilterra). — **12.** *pontibus* ecc.: è qui un'eco di tutte le odiose notizie, che continuarono a spargersi in Roma sui Cartaginesi, certo per ragione politica. Cfr. Appiano, *Bell. Hann.*, 28; Floro, 1, 22, 18; Val. Max., 9, 2, extr. 2; Diod., 26, 23; vedi sotto 15, 4 (Weissenborn). — *proloqui:* qui « dire in pubblico, dire innanzi a voi ». Il Riemann, *Remarq.*, 3, opina che non aggiunga niente all'idea del verbo semplice. — *docendo;* qui « abituando ». Ma la notizia è falsa; cfr. Polibio, 9, 24 (v. Dione Cassio, fr. 57, 3). — **13.** *iura petere:* « chiedere gli ordini ». — *genito modo*, per *modo genitus sit:* « purchè nato in Italia ». — **14.** *Campani:* i codici migliori hanno *Campanis*, impossibile per il *vestra.* —

arbitror ex Campania scribi posse; iam pecuniae adfatim est
frumentique. Si parem fortunae vestrae fidem habetis, nec
Hannibal se vicisse sentiet nec Romani victos esse ».

VI. Hac oratione consulis dimissis redeuntibusque domum 1
legatis unus ex iis, Vibius Virrius, tempus venisse ait, quo
Campani non agrum solum ab Romanis quondam per iniu-
riam ademptum recuperare, sed imperio etiam Italiae potiri
possint: foedus enim cum Hannibale quibus velint legibus 2
facturos; necque controversiam fore, quin, cum ipse confecto
bello Hannibal victor in Africam decedat exercitumque de-
portet, Italiae imperium Campanis relinquatur. Haec Virrio 3
loquenti adsensi omnes ita renuntiant legationem, uti deletum
omnibus videretur nomen Romanum. Extemplo plebs ad de- 4
fectionem ac pars maior senatus spectare; extracta tamen au- 5
ctoritatibus seniorum per paucos dies est res. Postremo vincit
sententia plurium, ut iidem legati, qui ad consulem Roma-
num ierant, ad Hannibalem mitterentur. Quo priusquam 6
iretur certumque defectionis consilium esset, Romam legatos
missos a Campanis in quibusdam annalibus invenio postu-
lantes, ut alter consul Campanus fieret, si rem Romanam

Romanorum: i codici migliori hanno *Romanum.* — **15.** *est*, sott. *vobis.* — *habetis*, non *habebitis*, per indicare qualità duratura: « se siete d'animo così fido ». — *fortunae:* « prosperità ». — *Romani*, sott. *sentient.*

Cap. VI. — **1.** *Hac oratione:* così i codici; e si può interpretare come abl. strumentale; ma quasi tutti gli editori correggono *ab hac*, per via del *dimissi* (cfr. XXIV, 22, 6 e 39, 1; XXVIII, 33, 1; XL, 47, 8; XLIV, 34, 6). — *domum:* « in patria »; così, spesso, nella prosa classica. — *agrum... ademptum:* dopo la guerra latina, ai Campani, perchè avevano combattuto contro i Romani, fu tolto l'*ager Falernus*, VIII, 11, 13. — *per iniuriam:* « ingiustamente ». Frequente il *per* coi nomi astratti, ad indicare la ragione, il movente o la maniera: *per vim, per iram, per silentium*, ecc. — **2.** *legibus*, vale *condicionibus.* — *neque controversiam fore quin...:* « e non esservi ragione a dubitare che... ». — *decedat:* il presente congiuntivo della proposizione indiretta sostituisce il futuro del discorso diretto. — **3.** *haec*, è oggetto tanto di *loquenti* quanto di *adsensi.* — *renuntiant legationem:* « denunziano, disdicono », anche presso Cic. (*Ver.*, II, 2, 36, 89). — **5.** *extracta*, cioe *prolata:* « rimandata ». — *auctoritatibus seniorum:* « per il voto, per il consiglio dei... ». — *vincit:* « prevale ». — *sententia plurium:* « il voto della maggioranza ». — **6.** *ut alter consul:* « uno dei due consoli ». Il fatto è rammentato anche da Cicerone, *De leg. agr.*, 2, 95. — *Campanus fieret:* « d'ora in poi fosse eletto » — *vellent,*

7 adiuvari vellent; indignatione orta summoveri a curia iussos
esse missumque lictorem, qui ex urbe educeret eos atque eo
8 die manere extra finis Romanos iuberet. Quia nimis compar
Latinorum quondam postulatio erat, Coeliusque et alii id haud
sine causa praetermiserant scriptores, ponere pro certo sum
veritus.

1 **VII.** Legati ad Hannibalem venerunt pacemque cum eo con-
dicionibus *his* fecerunt, ne quis imperator magistratusve Poe-
norum ius ullum in civem Campanum haberet, neve civis
2 Campanus invitus militaret munusve faceret; ut suae leges,
sui magistratus Capuae essent; ut trecentos ex Romanis
captivis Poenus daret Campanis, quos ipsi elegissent, cum
3 quibus equitum Campanorum, qui in Sicilia stipendia face-
rent, permutatio fieret. Haec pacta; illa insuper, quam quae
pacta erant, facinora Campani ediderunt: nam praefectos so-
cium civisque Romanos alios, partim aliquo militiae munere
occupatos partim privatis negotiis inplicitos, plebs repente
omnis conprehensos velut custodiae causa balneis includi iussit,
ubi fervore atque aestu anima interclusa foedum in modum
expirarunt.

---

sogg. *Romani.* — **7.** *iussos esse:* non « ebbero l'ordine », ma « si dette ordine che fossero scacciati ». La costruzione è irregolare; per evitare l'impersonale *iussum esse.* — **8.** *quia nimis*, ecc.: la ragione adunque per la quale Livio non presta fede al racconto, è che esso gli sembra una ripetizione di una simile richiesta dei Latini. Tale richiesta è menzionata infatti in VIII, 5, 5. — *praetermiserant:* il Riemann adotta la lezione *praetermissuri erant*, « erano tali scrittori che non l'avrebbero taciuto senza cagione ».

Cap. VII. — **1.** *imperator magistratusve:* « magistrato militare o civile ». — *civis Campanus:* sott. dalla prop. preced. *quis.* — *munusve faceret:* « fosse obbligato ad alcun servizio ». — **2.** *suae*, qui nel signif. di « suo proprio ». — *cum quibus* dipende da *permutatio*, che essendo sostantivo verbale, ha la costruzione del verbo. — *equitum Campanorum:* cfr. sopra 4, 8. — **3.** *illa* richiama l'attenzione su ciò che seguirà; e ciò che seguirà è introdotto da un *nam* esplicativo. — *insuper quam quae:* « oltre a quello che... »; cfr. *supra quam, ultra quam*, ecc. — *praefectos socium* (per *sociorum*): si tratta forse, benchè la cosa non sia ben chiara, dei comandanti il presidio romano in Capua. — *velut custodiae causa:* « col pretesto d'assicurarsi delle loro persone ». — *fervore atque aestu:* sinonimia per rinforzare l'idea: « per il calore asfissiante ». — *anima interclusa:* « essendo impedito il respiro ». —

Ea ne fierent neu legatio mitteretur ad Poenum, summa 4
ope Decius Magius, vir, cui ad summam auctoritatem nihil
praeter sanam civium mentem defuit, restiterat. Ut vero 5
praesidium mitti ab Hannibale audivit, Pyrrhi superbam do-
minationem miserabilemque Tarentinorum servitutem exempla
referens, primo, ne reciperetur praesidium, palam vociferatus
est, deinde, ut receptum aut eiceretur aut, si malum facinus, 6
quod a vetustissimis sociis consanguineisque defecissent, forti
ac memorabili facinore purgare vellent, ut interfecto Punico
praesidio restituerent Romanis se. Haec — nec enim occulta 7
agebantur — cum relata Hannibali essent, primo misit, qui
vocarent Magium ad sese in castra; deinde, cum is ferociter
negasset se iturum, nec enim Hannibali ius esse in civem
Campanum, concitatus ira Poenus conprehendi hominem vin-
ctumque adtrahi ad sese iussit. Veritus deinde, ne quid inter 8
vim tumultus atque ex concitatione animorum inconsulti cer-
taminis oreretur, ipse, praemisso nuntio ad Marium Blossium
praetorem Campanum postero die se Capuae futurum, profi-
ciscitur e castris cum modico praesidio. Marius contione ad- 9
vocata edicit, ut frequentes cum coniugibus ac liberis obviam
irent Hannibali. Ab universis id non oboedienter modo sed
enixe, favore etiam volgi et studio visendi tot iam victoriis
clarum imperatorem, factum est. Decius Magius nec obviam 10
egressus est nec, quo timorem aliquem ex conscientia significare

---

4. *summa ope:* « con ogni sforzo ». — *restiterat*, costruito col *ne* anche presso Cic., *Har. resp.*, 24, 50. — **5.** *ex. referens:* « citando come esempio ». — **6.** *receptum*, ossia *quoniam receptum esset.* — *malum facinus quod;* il *quod* è esplicativo: « la brutta azione di... ». — *purgare:* « cancellare ». — **7.** *occulta* non è sogg. neutro, ma è predicato, e corrisponde ad un avverbio. — *ferociter:* « fieramente ». — *negasset:* « protestava che non... ». — **8.** *inter vim:* « durante il forzato arresto ». — *tumultus*, gen. dipendente da *quid.* — *praetorem*, cioè il *praetor maximus*, il supremo magistrato, che in Capua si chiamava *medix tuticus:* v. sopra la nota al c. II, 3. — **9.** *edicit:* « intima ». — *frequentes:* « in gran numero ». — *enixe:* « con entusiasmo ». — *etiam volgi: etiam* unito con *volgi*, non con *favore.* — **10.** *quo* si riferisce a *privatim se tenuit:* « con che avrebbe... ». — *ex conscientia* dipende da *timorem*, secondo l'uso frequente in Livio di unire le proposizioni direttamente coi sostantivi.

posset, privatim se tenuit: in foro cum filio clientibusque
paucis otiose inambulavit trepidante tota civitate ad exci-
11 piendum Poenum visendumque. Hannibal ingressus urbem
senatum extemplo postulat, precantibusque inde primoribus
Campanorum, ne quid eo die seriae rei gereret diemque et
ipse adventu suo festum laetus ac libens celebraret, quam-
12 quam praeceps ingenio in iram erat, tamen, ne quid in prin-
cipio negaret, visenda urbe magnam partem diei consumpsit.
1 **VIII.** Deversatus est apud Ninnios Celeres, Sthenium Pa-
2 cuviumque, inclitos nobilitate ac divitiis. Eo Pacuvius Cala-
vius, de quo ante dictum est, princeps factionis eius, quae
traxerat rem ad Poenos, filium iuvenem adduxit, abstractum
3 a Deci Magi latere, cum quo ferocissime pro Romana socie-
tate adversus Punicum foedus steterat, nec eum aut incli-
nata in partem alteram civitas aut patria maiestas sententia
4 depulerat. Huic tum pater iuveni Hannibalem deprecando
magis quam purgando placavit, victusque patris precibus la-
5 crimisque etiam ad cenam eum cum patre vocari iussit, cui
convivio neminem Campanum praeterquam hospites Vibellium-
6 que Tauream, insignem bello virum, adhibiturus erat. Epulari
coeperunt de die, et convivium non ex more Punico aut

Conscientia, qui « pentimento ». — *privatim se tenuit:* « si tenne in disparte come privato ». Il Gronovio e gli editori moderni hanno *privato.* — *otiose:* « tranquillamente ». — *trepidante... ad:* « mentre fremeva per... ». — **11.** *Senatum... postulat:* « chiede che sia convocato il Senato ». — *praeceps ingenio in iram:* « pronto per indole all'ira ». — *visenda urbe:* « nella visita della città ». *Consumere* con *aliqua re* o *in aliqua re.*

Cap. VIII. — **1.** *deversatus est: deversari apud aliquem,* « essere ospitato in casa di... » anche presso Cic., *Tusc.*, V, 8, 22. — *Sthenium, Pacuvium* sono in questo caso prenomi. — **2.** *princeps:* in XXVI, 13, 2, viene indicato come *princeps* Vibio Virrio. — *abstractum:* « tratto a viva forza ». — **3.** *ferocissime:* « accanitamente ». — *inclinata... civitas:* « la propensione della città al partito contrario ». — **4.** *huic... iuveni:* non è dat. di comodo, come credono il Bonino ed altri, ma dipende da *placare*, che si costruisce appunto con *aliquem alicui* (Cic., *Att.*, 7, 1, 8; *Tusc.*, IV, 17, 37). — *purgando:* « con lo scansarlo ». — *victusque*, cambia il sogg.: *Hannibal.* — *vocari iussit:* « fece invitare ». — **5.** *hospites*, in senso attivo: « quelli che l'ospitavano ». — **6.** *de die:* il Riemann, *Rem.*, 123, e il Bonino prendono l'espressione come partitiva, quasi voglia dire che

militari disciplina esse, sed, ut in civitate atque etiam domo
diti ac *lux*uriosa, omnibus voluptatium inlecebris instructum.
Unus nec dominorum invitatione nec ipsius interdum Han- 7
nibalis Calavius filius perlici ad vinum potuit, ipse valetu-
dinem excusans, patre animi quoque eius haud mirabilem
perturbationem causante. Solis ferme occasu patrem Calavium 8
ex convivio egressum secutus filius, ubi in secretum — hortus
erat posticis aedium partibus — pervenerunt, « Consilium » 9
inquit « adfero, pater, quo non venia*m* solum peccati, quod
defecimus ad Hannibalem, impetrare ab Romanis, sed in multo
maiore dignitate et gratia *esse, poss*imus Campani, quam um-
quam fuimus ». Cum mirabundus pater, quidnam id esset con- 10
silii, quaereret, toga reiecta ab umero latus succinctum gladio
nudat. « Iam ego » inquit « sanguine Hannibalis sanciam Ro- 11
manum foedus. Te id prius scire volui, si forte abesse, dum
facinus patratur, malles ». **IX.** Quae ubi vidit audivitque 1

---

per far l'una azione o l'altra prendesi una parte del giorno. È evidente invece che si vuol indicare un punto di partenza nel tempo: cominciarono a banchettare « che era ancor giorno ». Cfr. Polibio, 8, 29, ἀφ' ἡμέρας. — *ex more:* presso Cic. il semplice ablativo; vi si trova però (*Clu.*, 13, 38) « *ex consuetudine* » (*Div. Caec.*, 5, 19), « *ex lege* » e simili. — *esse:* il Riemann (*Rem.*, 138) lo prende per infinito storico; sarà meglio, credo, sottintendervi *coepit* dal *coeperunt* precedente. — *atque etiam*, correttivo e amplificativo: « ed anzi ». — *omnibus*, ecc.: « fornito di tutte le delicatezze più squisite ». — **7.** *perlici ad vinum:* « essere indotto al bere ». Buona congettura dell'Heerwagen; nei codici il passo è corrotto: v. Heraeus, *Quest. crit.*, p. 109. — *valetudinem*, in senso cattivo: « malferma salute ». — *excusans:* « adducendo in iscusa ». — *quoque* si riferisce a *perturbationem.* Il padre non negava la ragione della malferma salute, addotta dal figlio, ma vi aggiungeva anche quella del turbamento d'animo. — *haud mirabilem:* « non bella, non lodevole », perchè prima aveva fatto il fiero; cfr. sopra 3. — **8.** *secretum:* « in luogo appartato ». — *posticis partibus*, senza *in*, uso frequente in Livio; cfr. Riemann, *Rem.*, 114. — **9.** *impetrare... possimus:* il passo è corrotto nei codici. Seguiamo, tra le molte lezioni proposte, quella di H. I. Müller, che è la più vicina alla tradizione dei testi. — **10.** *mirabundus*, molto più forte del semplice *mirans.* — *latus succinctum gladio:* « il fianco armato di... ». La costruzione *succingere aliquid aliqua re* è consueta, cfr. Cic., *Leg. agr.*, 2, 32, 87; *Verr.*, 2, 5, 56, 146. — **11.** *iam:* « in questo momento ». — *te id prius* ecc.: la disposizione irregolare denota la concitazione dell'animo. *dum patratur:* ind. pres., perchè è regolare col *dum*, e perchè chi parla non ha dubbio che la cosa avvenga. *Patrare* anche presso Cicerone è sinonimo di *absolvere.*

senex, velut si iam agendis, quae audiebat, interesset,
2 amens metu, « Per ego te, » inquit « fili, quaecumque iura
liberos iungunt parentibus, precor quaesoque, ne ante oculos
patris facere et pati omnia infanda velis. Paucae horae sunt,
3 intra quas iurantes per quidquid deorum est, dextrae dextras
iungentes, fidem obstrinximus, — ut sacratas fide manus di-
4 gressi a conloquio extemplo in eum armaremus? Ab hospi-
tali mensa surgis, ad quam tertius Campanorum adhibitus es
ab Hannibale, — ut eam ipsam mensam cruentares hospitis
sanguine? Hannibalem pater filio meo potui placare, filium
5 Hannibali non possum? Sed sit nihil sancti, non fides, non
religio, non pietas; audeantur infanda, si non perniciem nobis
6 cum scelere ferunt. Unus adgressurus es Hannibalem? Quid
illa turba tot liberorum servorumque? quid in unum intenti
omnium oculi? quid tot dextrae? torpescent in amentia illa?
7 Voltum ipsius Hannibalis, quem armati exercitus sustinere *ne-
queunt*, quem horret populus Romanus, tu sustinebis? Ut alia
auxilia desint, me ipsum ferire corpus meum opponentem pro
8 corpore Hannibalis sustinebis? Atqui per meum pectus peten-
dus ille tibi transfigendusque est. Sed hic te deterreri sine

---

Cap. IX. — **1.** *agendis:* « all'esecuzione di... ». — **2.** *per ego te:* collocazione solita ad indicare angosciosa preghiera. Giustamente il Bonino qui cita Plauto, *Rud.*, 627; *Men.*, 990; *Am.*, IV, 314 ecc. V. anche Weissenborn a q. l. Il *per* è da unire con *quaecumque iura;* il *te* con *precor quaesoque.* — **3.** *intra quas:* per noi basta il semplice « che »; *intra*, per esprimere il concetto che quasi non sieno ancor passate. — *dextrae*, singolare per indicare quella di Annibale. — *sacratas fide:* « rese sacre dal giuramento »; cfr. I, 21, 4. — *digressi... extemplo:* « immediatamente dopo essere... ». — **4.** *ab hospitali mensa:* il banchetto ospitale era sacro; cfr. Tac., *Ann.*, II, 65. — *surgis*, presente, per indicare enfaticamente che quasi l'azione non sia ancor compiuta. — **5.** *si non... ferunt:* « purchè però non... »; *si non*, e non già *nisi*, per richiamare tutta l'attenzione sul *perniciem*, e *ferunt* indicativo per indicare con asseveranza che nel caso presente apportan danno. — **6.** *turba:* in 8, 5 si dice che nessun altro era invitato al banchetto; ma qui si parla di ufficiali e servi addetti alla guardia del corpo, e non v'è contraddizione. — *in amentia illa:* « innanzi alla tua folle impresa ». — **7.** *ut:* « supponiamo pure ». — *ferire... sustinebis:* « avrai il coraggio di... » — *opponentem pro corpore:* « dinanzi... »; invece (Cic., *Balb.*, 10, 26): « *opponere se periculis pro republica* » « esporsi in favore... ». — **8.** *petendus:* qui *petere*, « assalire ». — *deterreri sine:*

potius quam illic vinci; valeant preces apud te meae, sicut pro te
hodie valuerunt ». Lacrimantem inde iuvenem cernens medium 9
conplectitur atque osculo haerens non ante precibus abstitit,
quam pervicit, ut gladium poneret fidemque daret nihil fac-
turum tale. Tum iuvenis « Ego quidem » inquit « quam 10
patriae debeo pietatem, exsolvam patri. Tuam doleo vicem,
cui ter proditae patriae sustinendum est crimen, semel, cum 11
defectionis ab Romanis, iterum, cum pacis cum Hannibale
fuisti auctor, tertio hodie, cum restituendae Romanis Capuae
mora atque impedimentum es. Tu, patria, ferrum, quo pro 12
te armatus hanc arcem hostium inii, quoniam parens extor-
quet, recipe. » Haec cum dixisset, gladium in publicum trans 13
maceriam horti abiecit et, quo minus res suspecta esset, se
ipse convivio reddidit.

X. Postero die senatus frequens datus Hannibali. Ubi prima 1
eius oratio perblanda ac benigna fuit, qua gratias egit Cam-
panis, quod amicitiam suam Romanae societati praeposuissent,
et inter cetera magnifica promissa pollicitus brevi caput Italiae 2
omni Capuam fore, iuraque inde cum ceteris populis Romanum
etiam petiturum. Unum esse exsortem Punicae amicitiae foe- 3
derisque secum facti, quem neque esse Campanum neque dici

« fa ch'io ti distolga ». — **9.** *medium conplectitur:* « lo stringe al petto ». — *osculo haerens*, cioè *haerens ei:* « tenendoselo stretto e baciandolo ». — *pervicit ut....:* « ottenne l'intento che egli... ». — **10.** *quam patriae debeo*, ecc.: « pagherò a mio padre (con l'obbedienza) quel debito d'amore che ho verso la patria ». — *tuam doleo vicem:* « per te mi rammarico ». *Dolere* con l'accusativo è classico (Cic., *Cael.*, 10, 24; *Sest.*, 69, 145). — **11.** *ter proditae patriae:* « triplice tradimento contro la patria »; i tre *cum* che seguono, dichiarano quel triplice tradimento. — **12.** *arcem hostium:* « la rocca de' *tuoi* nemici », cioè la casa dei *Ninnii Celeres.* — *recipe:* « accogli di nuovo », quasichè la patria glie l'avesse posto nelle mani in propria difesa. — **13.** *in publicum:* « sulla pubblica strada ». — *maceriam:* « il muro di recinto ». Solo in tal significato è classico; cfr. Cic., *Fam.*, 16, 18, 2.

Cap. X. — **1.** *senatus frequens datus:* Annibale ne aveva chiesto la convocazione; quindi il *datus:* « si adunò... per richiesta di... ». — *ubi*, in italiano col dimostr.: « in quella seduta ». — *prima oratio:* « il principio del discorso ». — **2.** *Italiae omni*, dativo, in relazione col *fore:* « ad ogni parte d'Italia »; più frequente il genitivo. — *inde*, vale *ab ea.* — **3.** *quem neque esse* ecc.: aspetteremmo *qui... deberet.* L'inf. serve a

debere, Magium Decium; [eum] postulare, ut sibi dedatur
4 ac se praesente de eo referatur senatusque consultum fiat.
Omnes in eam sententiam ierunt, quamquam magnae parti
et vir indignus *esse* ea calamitate et haud parvo initio minui
5 videbatur ius libertatis. Egressus curia in templo magistra-
tuum consedit conprehendique Decium Magium atque ante
6 pedes destitutum causam dicere iussit. Qui cum manente
ferocia animi negaret lege foederis id cogi posse, tum iniectae
7 catenae, ducique ante lictorem in castra est iussus. Quoad ca-
pite aperto est ductus, contionabundus incessit ad circumfusam
undique multitudinem vociferans: « Habetis libertatem, Cam-
pani, quam petistis; foro medio, luce clara, videntibus vobis
8 nulli Campanorum secundus vinctus ad mortem rapior. Quid
violentius capta Capua fieret? Ite obviam Hannibali, exor-
nate urbem diemque adventus eius consecrate, ut hunc trium-
9 phum de cive vestro spectetis ». Haec vociferanti cum mo-
veri volgus videretur, obvolutum caput est, ociusque rapi extra
portam iussus. Ita in castra perducitur; extemploque inpo-
10 situs in navem et Carthaginem missus, ne motu aliquo Capuae
ex indignitate rei orto senatum quoque paeniteret dediti prin-
cipis et, legatione missa ad repetendum eum, aut negando

---

rendere più stretto il legame logico della frase, sicchè tutta la proposizione si considera quasi come esplicativa dell'*unum esse*. Quest'uso non è insolito; cfr. XXIV, 3, 7; 14, 8. — *eum postulare... ut dedatur:* anticipazione dell'ogg., per *postulare ut is dedatur;* frequente presso i poeti. — *de eo referatur:* « si facessero le discussioni ». — **4.** *ierunt:* « votarono favorevolmente »; per « votar contro » si diceva invece (Cic, *Fam.*, 1, 2, 1): « *ire in alia omnia* », perchè i sostenitori si serravano attorno al proponente (*discessio*). — **5.** *templo:* qui è il Tribunale; in generale è « luogo inaugurato ». — *destitutum:* « abbandonato senza sostegno »; cfr. II, 12, 8; III, 38, 4. — *causam dicere:* « difendersi ». — **6.** *manente ferocia animi:* « con imperturbata fierezza ». — *id cogi:* il neutro dei pronomi sostituisce, com'è noto, l'altre costruzioni dei complementi indiretti. — *duci... est iussus*, come in VI, 7, nota a q. l. — **7.** *habetis:* « eccovi ». — *secundus* col dativo è poetico; Cicerone *secundus ad* (*Fin.*, 3, 16, 52). — *ut... spectetis:* « per dover poi... ». — *triumphum:* era trascinato per la città come un prigioniero di guerra nel trionfo. — *cive:* « concittadino ». — **9.** *vociferanti:* « mentre ancora così parlava »; il miscr. Puteano ha *vociferante*. — *moveri:* « commuoversi ». — *rapi... iussus*, come sopra § 6; e VI, 7. — **10.** *motu... orto*, per *si qui motus oreretur*. — *dediti principis:* « d'aver consegnato un primario cittadino ». — *legatione missa*, per *si*

rem, quam primam peterent, offendendi sibi novi socii, aut
tribuendo habendus Capuae esset seditionis ac turbarum auctor.
Navem Cyrenas detulit tempestas, quae tum in dicione regum 11
erant. Ibi cum Magius ad statuam Ptolomaei regis confu-
gisset, deportatus a custodibus Alexandream ad Ptolomaeum,
cum eum docuisset contra ius foederis vinctum se ab Hanni- 12
bale esse, vinclis liberatur, permissumque, ut rediret, seu
Romam seu Capuam mallet. Nec Magius Capuam sibi tutam 13
dicere et Romam eo tempore, quo inter Romanos Campa-
nosque bellum sit, transfugae magis quam hospitis fore domi-
cilium; nusquam malle quam in regno eius vivere, quem
vindicem atque auctorem habeat libertatis.

XI. Dum haec geruntur, Q. Fabius Pictor legatus a Delphis 1
Romam rediit responsumque ex scripto recitavit. Divi di-
*vae*que in eo erant, quibus quoque modo supplicaretur; tum
« Si ita faxitis, Romani, vestrae res meliores facilioresque 2
erunt, magisque ex sententia res publica vestra vobis pro-
cedet, victoriaque duelli populi Romani erit. Pythio Apollini 3
re publica vestra bene gesta servataque *de* lucris meritis

---

legatio mitteretur. — *offendendi sibi novi socii:* « non dovesse (Annibale) disgustare i nuovi alleati. Si sottintende *essent*. *Sibi* si riferisce ad Annibale. — *habendus Capuae esset:* « dovesse essere in Capua » (Decio Magio). — *auctor:* « promotore ». — **11.** *regum:* i Lagidi. — *Ptolomaeum:* Tolomeo *Philopator*, re d'Egitto, alleato dei Romani, che regnò dal 222 al 205 av. C. Essendosi Magio posto sotto la protezione di Tolomeo, i custodi dovevano consegnarlo al re; e il re, per l'amicizia coi Romani, doveva a quelli rimetterlo. — **13.** *nec Magius... dicere:* « Magio però gli disse che Capua non era sicura per lui ». — *malle:* sogg. sottinteso *se*, taciuto perchè qui non ne risulta ambiguità alcuna.

Cap. XI. — **1.** *Q. Fabius Pictor*, il noto annalista, nato verso il 254 av. C., del quale Livio si è più volte giovato. — *a Delphis:* particolare in Livio è l'uso dell'*ab* coi nomi di città; vedine molti esempii presso Fügner, *Liv.*, XXI-XXIII, p. 27 e seg. — *divi divaeque* ecc.: caso di prolessi, come quello visto nel c. X, 3, *eum postulare;* ed equivale ad: *in eo erat quibus divis deabusque* ecc. — *quoque*, cioè *et quo*. — **2.** *tum:* « e subito dopo ». — *faxitis:* forma arcaica per *feceritis*. — *ex sententia*, ossia *ex animi sententia:* « secondo il vostro desiderio ». — *duelli*, per *belli;* conservato da Livio, trattandosi di formola arcaica. Disgiungi *populi* da *duelli;* intendi: « la vittoria della guerra sarà del pop. Rom. ». — **3.** *re publica vestra* ecc.: « quando abbiate bene amministrata... » ecc. — *de lucris meritis:* « dai frutti che ne avrete meritato ». Il *de* è congettura del Weissenborn; altri,

donum mittitote deque praeda, manubiis spoliisque honorem
4 habetote; lasciviam a vobis prohibetote ». Haec ubi ex Graeco
carmine interpretata recitavit, tum dixit se oraculo egressum
extemplo iis omnibus divis rem divinam ture ac vino fecisse;
5 iussumque a templi antistite, sicut coronatus laurea corona
et oraculum adisset et rem divinam fecisset, ita coronatum
navem ascendere nec ante deponere eam, quam Romam per-
6 venisset, se, quaecumque imperata sint, cum summa religione
ac diligentia exsecutum coronam Romae in ara Apollinis de-
posuisse. Senatus decrevit, ut eae res divinae supplicationesque
primo quoque tempore cum cura fierent.

7 Dum haec Romae atque in Italia geruntur, nuntius victo-
riae ad Cannas Carthaginem venerat Mago Hamilcaris filius,
non ex ipsa acie a fratre missus, sed retentus aliquot dies
in recipiendis civitatibus Bruttiorum, ut quaeque deficiebant.
8 Is, cum ei senatus datus esset, res gestas in Italia a fratre
exponit: cum sex imperatoribus eum, quorum quattuor con-
sules, duo dictator ac magister equitum fuerint, cum sex con-
9 sularibus exercitibus acie conflixisse; occidisse supra ducenta
milia hostium, supra quinquaginta cepisse, ex quattuor con-
sulibus duos occidisse, ex duobus saucium alterum, alterum

---

il MADVIG e il FRIGELL, lo spiegano come abl. assol. — *praeda, manubiis:* la preda era tolta al nemico, le *manubiae* eran da lui consegnate. — *lasciviam:* « l'indisciplina »; altri: « l'oblio degli Dei ». — **4.** *ex graeco carmine:* gli oracoli erano in versi. *Interpretari ex* anche pr. CIC. (*Rab. Post.*, 10, 29). — *interpretata*, in senso passivo frequente anche pr. CIC., *De Div.*, 1, 25, 53; 1, 52, 118 ecc.). — *iis omnibus divis*, quelli nominati nell'oracolo. — *rem divinam:* « un sagrifizio ». — *iussumque:* « e avendo ricevuto il comando ». Qui la costruzione è regolare; irregolare è in VI, 7. — **6.** *sint*, per *essent*. La proposiz. in discorso indiretto dipende da un verbo di tempo passato, che in tal caso si ritiene come un presente storico; sicchè le proposizioni dipendenti possono avere tanto il presente o il perf. del cong., quanto l'imperf. o il piucheperfetto. — *primo quoque tempore:* « appena fosse possibile ». — **7.** *ex ipsa acie:* « immediatamente dal campo ». — *ut quaeque:* « a misura che... ». È congettura del MADVIG; i cod. hanno sempl. *quae, que;* altri altrim. — **8.** *sex imperatoribus* ecc.: suol notarsi che è omesso Ti. Sempronio, e che Annibale non vinse Fabio in battaglia campale. — **9.** *cepisse:* dopo questa parola gli editori sogliono aggiungere, per proposta del LUCHS: *bina castra expugnasse*, corrispondentemente al c. XII, 14. — *ex duabus:* « degli altri due ». —

toto amisso exercitu vix cum quinquaginta hominibus effu-
gisse; magistrum equitum, quae consularis potestas sit, fusum 10
fugatum; dictatorem, quia se in aciem numquam commiserit,
unicum haberi imperatorem; Bruttios Apulosque, partem 11
Samnitium ac Lucanorum defecisse ad Poenos; Capuam, quod
caput non Campaniae modo sed post adflictam rem Roma-
nam Cannensi pugna Italiae sit, Hannibali *se* tradidisse. Pro 12
his tantis totque victoriis verum esse grates deis immorta-
libus agi haberique. **XII.** Ad fidem deinde tam laetarum 1
rerum effundi in vestibulo curiae iussit anulos aureos, qui
tantus acervus fuit, ut metientibus [dimidium] supra tris
modios explesse sint quidam auctores; fama tenuit, quae pro- 2
pior vero est, haud plus fuisse modio. Adiecit deinde verbis,
quo maioris cladis indicium esset, neminem nisi equites, atque
eorum ipsorum primores, id gerere insigne. Summa fuit ora- 3
tionis, quo propius spem belli perficiendi sit, eo magis omni
ope iuvandum Hannibalem esse; procul enim ab domo mi-
litiam esse, in media hostium terra; magnam vim frumenti, 4
pecuniae absumi, et tot acies ut hostium exercitus delesse ita
victoris etiam copias parte aliqua minuisse: mittendum igitur 5
supplementum esse, mittendam in stipendium pecuniam fru-
mentumque tam bene meritis de nomine Punico militibus.
Secundum haec dicta Magonis laetis omnibus Himilco, vir 6

---

10. *quae consularis* ecc.: « carica pari a quella... ». Amplificazione oratoria che Livio pone in bocca a Magone, pur sapendo naturalmente che la cosa non era; cfr. VI, 39, 4. — **11.** *post adflictam* ecc.: « dopochè la potenza romana fu abbattuta nella battaglia di Canne ». — **12.** *verum esse:* « esser cosa giusta ». — *grates:* classico *gratias. Agere gr.*, « ringraziare »; *habere*, « esser riconoscente »; *referre* « ricambiare ».

Cap. XII. — **1.** *ad fidem (faciendam).* — *metientibus:* secondo alcuni è dativo; secondo altri, e forse meglio, è ablativo, sottinteso *iis qui iussi erant.* — *sint quidam auctores:* « attestino alcuni ». — **2.** *fama tenuit:* « ebbe credito »; come intransitivo si trova adoperato in tal senso anche *obtinere*, non però da C. — *verbis*, abl.: « riprendendo il discorso » — *primores:* « solo i più segnalati ». — **3.** *summa:* « la conclusione », — *sit*, cioè *Hannibal.* Circa il tempo, vedi la nota al *sint* di XI, 6. — *militiam:* « le operazioni militari ». — **4.** *vim:* « quantità ». — *ut... ita:* « tanto... quanto », o meglio: « se... però ». — **5.** *supplementum:* « rinforzo ». — *in stipendium*, espressione finale: « pel pagamento ». — **6.** *Secundum*, « in seguito ». — *laetis*, da unirsi con *secundum.* —

factionis Barcinae, locum Hannonis increpandi esse ratus,
« Quid est, Hanno? » inquit « etiam nunc paenitet belli su-
7 scepti adversus Romanos? Iube dedi Hannibalem; veta in
tam prosperis rebus grates deis immortalibus agi; audiamus
8 Romanum senatorem in Carthaginiensium curia ». Tum
Hanno: « Tacuissem hodie, patres conscripti, ne quid in com-
muni omnium gaudio, minus laetum quod esset vobis, lo-
9 querer; nunc interroganti senatori, paeniteatne adhuc suscepti
adversus Romanos belli, si reticeam, aut superbus aut obno-
xius videar, quorum alterum est hominis alienae libertatis
10 obliti, alterum suae. Respondeo » inquit « Himilconi, non
desisse paenitere me belli neque desiturum ante invictum
vestrum imperatorem incusare, quam finitum aliqua tolera-
bili condicione bellum videro; nec mihi pacis antiquae desi-
11 derium ulla alia res quam pax nova finiet. Itaque ista, quae
modo Mago iactavit, Himilconi ceterisque Hannibalis satelli-
tibus iam laeta sint: mihi possunt laeta esse, quia res bello
bene gestae, si volumus fortuna uti, pacem nobis aequiorem
12 dabunt; nam si praetermittimus hoc tempus, quo magis dare
quam accipere possumus videri pacem, vereor, ne haec quo-
13 que laetitia luxuriet nobis ac vana evadat. Quae tamen nunc
quoque qualis est? occidi exercitus hostium — mittite mi-
14 lites mihi. Quid aliud rogares, si esses victus? hostium cepi
bina castra, praedae videlicet plena et commeatuum, —

---

factionis Barcinae: i partigiani di Amilcare Barca (padre di Annibale), e poi di Annibale, che volevano la guerra e si opponevano a un governo aristocratico od oligarchico. — *locum:* « occasione, opportunità ». — *paenitet:* « biasimi ». — *iube*, ironico; si riferisce a XXI, 10, 13: « *Hannibalem ex foedere Romanis dedant.* — **8.** *tacuissem:* « avrei voluto tacere ». — *patres conscripti:* denominazione romana qui applicata a istituzioni straniere. — **9.** *nunc:* « ora invece »; per indicare opposizione di cosa reale a cosa meramente supposta. — *superbus:* « sprezzante ». — *obnoxius:* « vile », come tale che smetta l'usata arditezza. — *obliti:* « che non rispetta. » — **10.** *videro*, irregolare: non si tien più conto della costruzione infinitiva, che esigerebbe nella proposiz. dipendente il *viderim*: può essere però licenza della lingua parlata. — **11.** *iam laeta sint:* « bastino (*iam*) a farli lieti ». — *pacem aequiorem dabunt:* « ci potranno procurare una pace più conveniente ». — **12.** *tempus:* « occasione ». — *luxuriet:* « ci faccia insuperbire ». — **13.** *qualis est:* « in che consiste? » Annone

frumentum et pecuniam date. Quid aliud, si spoliatus, si exutus 15
castris esses, peteres? Et ne omnia ipse mirer, — mihi quoque
enim, quoniam respondi Himilconi, interrogare ius fasque est
— velim seu Himilco seu *Mago* respondeat, cum ad inter-
necionem Romani imperii pugnatum ad Cannas sit constetque
in defectione totam Italiam esse, primum, ecquis Latini no- 16
minis populus defecerit ad nos, deinde, ecquis homo ex
quinque et triginta tribubus ad Hannibalem transfugerit?
cum utrumque Mago negasset, « Hostium quidem ergo » inquit 17
« adhuc nimis multum superest. Sed multitudo ea quid ani-
morum quidve spei habeat, scire velim ». **XIII.** Cum id 1
nescire Mago diceret, « Nihil facilius scitu est » inquit. « Ecquos
legatos ad Hannibalem Romani miserunt de pace? Ecquam
denique mentionem pacis Romae factam esse adlatum ad vos
est? » Cum id quoque negasset, « Bellum igitur » inquit 2
« tam integrum habemus, quam habuimus, qua die Hannibal
in Italiam est transgressus. Quam varia victoria priore Pu- 3
nico bello fuerit, plerique, qui meminerimus, supersumus.
Numquam terra marique magis prosperae res nostrae visae
sunt, quam ante consules C. Lutatium et A. Postumium fue-
runt: Lutatio et Postumio consulibus devicti ad Aegatis insulas 4
sumus. Quod si, id quod di omen avertant, nunc quoque

---

parafrasa poi le parole di Magone, parodiandole. — **15.** *ne omnia ipse mirer:* « affinchè io non sia solo a giudicare strane tutte queste cose ». — *cum ad internecionem:* « se veramente ». — *ecquis...*, più debole di *numquis*, ma cela sempre un pensiero negativo. — *Latini nominis:* « della confederazione latina ». — **17.** *utrumque negasset:* « avendo risposto negativamente all'una domanda ed all'altra ».

Cap. XIII. — **1.** *nescire diceret*, cioè *scire negaret.* — *ecquos:* sempre con un pensiero celato e negativo; v. sopra cap. XII, 16. — *denique:* « insomma, pur soltanto ». — **2.** *negasset:* v. cap. prec. 17. — *tam integrum:* « così ancora al suo principio ». — *qua die:* secondo l'uso classico, *dies* al singolare è di genere femminile, quando indica un giorno determinato. — **3.** *varia victoria*, cioè « come sia passata dall'uno all'altro la vittoria ». — *qui meminerimus:* il congiuntivo dà alla proposizione il significato di: « tali che possiamo rammentarcene »; cfr. XXIII, 19, 5: « *quae facile omnem patientiam vincerent nuntiabantur* », « cose tali da... ». — *et A. Postumium:* citando nomi di magistrati coi loro prenomi, sarebbe di regola l'omissione dell'*et.* — **4.** *ad Aegatis insulas:* presso Lilibeo, sulla costa occidentale

fortuna aliquid variaverit, tum pacem speratis, cum vince-
5 mur, quam nunc, cum vincimus, dat nemo? Ego, si quis de
pace consulet seu ferenda hostibus seu accipienda, habeo, quid
sententiae dicam; si de iis, quae Mago postulat, refertis, nec
victoribus mitti attinere puto et frustrantibus nos falsa atque
6 inani spe multo minus censeo mittenda esse ». Haud multos
movit Hannonis oratio; nam et simultas cum familia Barcina
leviorem auctorem faciebat, et occupati animi praesenti lae-
titia nihil, quo vanius fieret gaudium suum, auribus admit-
tebant, debellatumque mox fore, si adniti paulum voluissent,
7 rebantur. Itaque ingenti consensu fit senatus consultum, ut
Hannibali quattuor milia Numidarum in supplementum mit-
8 terentur et quadraginta elephanti et argenti talenta * dicta-
torque cum Magone in Hispaniam praemissus est ad conducenda
viginti milia peditum, quattuor equitum, quibus exercitus,
qui in Italia quique in Hispania erant, supplerentur.

1 **XIV**. Ceterum haec, ut in secundis rebus, segniter otio-
seque gesta; Romanos praeter insitam industriam animis

---

della Sicilia. — *aliquid*, qui adoperato avverbialmente; ed è *aliquid*, benchè vi sia il *si*, per dare alla parola maggior rilievo, attenuandone così il senso diminutivo: « sol per alcun poco ». — **5.** *habeo quid* ecc.: « so bene qual debba essere la mia proposta ». — *victoribus:* « se sono vincitori ». — *mitti:* cioè *ea quae Mago postulat* (denari, soldati). — *attinere:* « esser conveniente ». — *et frustrantibus nos:* « e se invece c'ingannano ». — **6.** *leviorem auctorem f.:* « toglieva autorità al proponente ». — *auribus admittebant:* « volevan sentire ». — *debellatum... fore:* « si sarebbe posto termine alla guerra ». Equivale a un infinito del futuro anteriore, nota il WEISSENBORN; il che non mi pare esatto, giacchè il significato è diverso: *debellatum fore* indica un'azione che nel *tempo passato* si aspettava come *futura;* se il tempo principale fosse il presente, si direbbe *debellatum iri.* L'A. ha posto poi *voluissent* e non *vellent*, per indicare che l'azione dell'*adniti* era pensata come anteriore a quella del *debellatum.* — **7.** *ingenti consensu:* « a immensa maggioranza ». — *talenta *;* probabilmente i codici avevano *talenta D* (500); così congetturò l'ALSCHEFSKI; il *D* sarebbe stato attratto dal *dictator* seguente. Ma anche il *dictator* induce gravi dubbii: perchè mai un *dictator* per assoldare i soldati? Si suppone che vi fosse un nome proprio. Cfr. FISCHER, *Progr. Speier*, 1840, pag. 9 sg.; e l'idea del FISCHER fu accolta da parecchi, che proposero varii nomi: la congettura del MADVIG è *talenta D. Carthaloque.* — **8.** *conducenda:* « ad assoldare ».

Cap. XIV. — **1.** *ut in secundis rebus:* « come suole avvenire ». — *industriam:* « operosità ». — *insitam... animis:* « instintiva, del loro

fortuna etiam cunctari prohibebat. Nam nec consul ulli rei, 2
quae per eum agenda esset, deerat, et dictator M. Iunius Pera
rebus divinis perfectis latoque, ut solet, ad populum, ut
equum escendere liceret, praeter duas urbanas legiones, quae
principio anni a consulibus conscriptae fuerant, et servorum
dilectum cohortesque ex agro Piceno et Gallico collectas ad
ultimum prope desperatae rei publicae auxilium. cum ho- 3
nesta utilibus cedunt, descendit edixitque, qui capitalem frau-
dem ausi quique pecuniae iudicati in vinculis essent, qui
eorum apud se milites fierent, eos noxa pecuniaque sese ex-
solvi iussurum. Ea sex milia hominum Gallicis spoliis, quae 4
triumpho C. Flamini tralata erant, armavit, itaque cum vi-
ginti quinque milibus armatorum ab urbe proficiscitur.

Hannibal Capua recepta cum iterum Neapolitanorum animos 5
partim spe partim metu nequiquam temptasset, in agrum No-
lanum exercitum traducit, ut non hostiliter statim, quia non 6
desperabat voluntariam deditionem, ita, si morarentur spem,
nihil eorum, quae pati aut timere possent, praetermissurus.
Senatus, ac maxime primores eius, in societate Romana cum 7

---

carattere ». — **2.** *per eum:* dice meno di *ab eo:* « che avesse bisogno dell'opera sua ». — *latoque:* participio neutro adoperato impersonalmente come abl. assoluto; e si trova anche altrove in LIVIO, cfr. XXIII, 42, 9; XXV, 3, 18; 9, 4. Equivale perciò a *cum tulisset:* « avendo proposto ». — *ut solet*, impersonale; sott. *fieri.* — *equum escendere:* CIC. (*Sen.*, 10, 34), *in equum ascendere;* LIVIO stesso, XXX, 18, 5, *in equos escendere.* Il dittatore non poteva montare a cavallo, senza permesso speciale del popolo. — *praeter duas urbanas legiones:* si aspetterebbe *praeterquam ad duas*, ecc. — *ad ultimum*, ecc., da unirsi con *descendit:* « ricorse ai mezzi estremi ». — **3.** *cum:* « quando appunto avviene che... ». — *edixitque*, da unirsi con *sese iussurum:* « che egli avrebbe dato ordine che... ». — *qui capitalem*: in tutte queste parole la costruzione è intrigata come avviene delle formole pubbliche, nelle quali si suol far precedere sempre il relativo. Il senso è questo: tra i condannati a pena capitale o alla prigionia per debito, quelli che s'iscrivessero presso di lui come soldati, sarebbero sciolti da ogni pena e da ogni debito. — **4.** *ea*, cioè *ex eis:* « di tali uomini ». — *Gallicis spoliis*, cioè degl'Insubri, vinti da C. Flaminio il 532/222. — *itaque: et ita.* — **5.** *Capua recepta, cum... temptasset*, per *cum Capuam recepisset et... temptasset.* — **6.** *ut non hostiliter statim:* « se anche senza proposito d'ingaggiar subito combattimenti ». — *ita:* « pure ». — *si morarentur:* « se deludessero troppo a lungo ». — *eorum:* « di ciò che... ».

fide perstare; plebs novarum, ut solet, rerum atque Hannibalis tota esse metumque agrorum populationis et patienda in obsidione multa gravia indignaque proponere animo. Neque
8 auctores defectionis deerant. Itaque ubi senatum metus cepit, si propalam tenderent, resisti multitudini concitatae non posse,
9 *ob*secundando dilationem mali inveniunt. Placere enim sibi defectionem ad Hannibalem simulant; quibus autem condicionibus in foedus amicitiamque novam transeant, parum
10 constare. Ita spatio sumpto legatos propere ad praetorem Romanum Marcellum Claudium, qui Casilini cum exercitu erat, mittunt docentque, quanto in discrimine sit Nolana res: agrum Hannibalis esse et Poenorum, urbem extemplo futuram,
11 ni subveniatur; concedendo plebei senatum, ubi velint de-
12 fecturos se, ne deficere praefestinarent, effecisse. Marcellus conlaudatis Nolanis eadem simulatione extrahi rem in suum adventum iussit, interim celari, quae secum acta essent,
13 spemque omnem auxilii Romani. Ipse a Casilino Caiatiam petit atque inde Volturno amni traiecto per agrum Saticulanum Trebianumque super Suessulam per montis Nolam pervenit.

— **7.** *cum fide perstare:* « continuavano a rimaner fedeli ». — *novarum... rerum atque Hannibalis tota erat:* « era interamente favorevole a mutazione di cose e ad Ann. ». — *ut solet:* v. sopra § 2. Anche TACITO, *Ann.*, XV, 46: « *ut est, novarum rerum cupiens...* ». — *proponere animo:* « e si rappresentava col pensiero ». — **8.** *auctores... deerant:* « nè v'era difetto di persone che si facessero promotori, che facessero formale proposta ». — *tenderent:* « spingessero oltre le cose » o « aumentassero l'ostilità con la plebe ». — *obsecundando:* congettura del GRONOVIO, ma tutt'altro che sicura. I codici hanno qui lo strano bisticcio: *secunda simulandas simulando;* altri legge: *secunda simulando.* — *dilationem mali inveniunt:* « trovano il modo di ritardare il pericolo ». — **9.** *placere:* « che essi approvavano ». — **10.** *Marcellum:* M. Claudio Marcello, il vincitore degl'Insubri, console nel 222. — *Casilini*, sul Volturno, presso l'odierna Capua. — **11.** *defecturos se*, cioè *Nolanos.* — *praefestinarent:* « si affrettassero troppo ». — **12.** *extrahi rem in suum adv.:* « si tirasse la cosa in lungo sino a... ». — **13.** *Caiatiam*, a nord-est di Capua, sulla riva destra del Volturno. — *Saticulanum:* cfr. cap. 5, 8. — *Trebianumque:* incerto il nome e il sito; in 39, 6 è menzionata *Trebula;* ma è ignoto se debba scriversi *Trebula* o *Trebia* e se sieno due città diverse. — *Suessulam*, città del Sannio, ai piedi degli ultimi contrafforti del monte Tifata. — *Nolam*, antica città Campana, al sud-est di Capua.

XV. Sub adventum praetoris Romani Poenus agro Nolano 1
excessit et ad mare proxime Neapolim descendit, cupidus maritimi oppidi potiundi, quo cursus navibus tutus ex Africa
esset. Ceterum postquam Neapolim a praefecto Romano teneri 2
accepit — M. Iunius Silanus erat, ab ipsis Neapolitanis accitus —, Neapoli quoque sicut Nola omissa petit Nuceriam.
Eam cum aliquamdiu circumsedisset, saepe vi saepe sollici- 3
tandis nequiquam nunc plebe nunc principibus, fame demum in deditionem accepit, pactus, ut inermes cum singulis abirent
vestimentis. Deinde, ut qui a principio mitis omnibus Italicis 4
praeter Romanos videri vellet, praemia atque honores, qui remanserint ac militare secum voluissent, proposuit. Nec ea 5
spe quemquam tenuit: dilapsi omnes, quo quemque hospitia aut fortuitus animi impetus tulit, per Campaniae urbes, maxime Nolam Neapolimque. Cum ferme triginta senatores, ac 6
forte primus quisque, Capuam petissent, exclusi inde, quod portas Hannibali clausissent, Cumas se contulerunt. Nuceriae praeda militi data est, urbs direpta atque incensa.

Nolam Marcellus non suis magis fiducia praesidii quam vo- 7
luntate principum habebat; plebs timebatur, et ante omnis L. Bantius, quem conscientia temptatae defectionis ac metus a praetore Romano nunc ad proditionem patriae, nunc, si ad
id fortuna defuissset, ad transfugiendum stimulabat. Erat iu- 8
venis acer et sociorum ea tempestate prope nobilissimus eques:

Cap. XV. — **1.** *Sub adventum:* « poco dopo ». — *oppidi potiundi:* i part. in *-ndus* di *frui, fungi, potiri, uti,* hanno nei casi obliqui la costruz. gerundiva, come quelli dei verbi attivi. — *quo:* può interpretarsi tanto come congiunzione finale « affinchè », quanto come avverbio di moto: « (città) sino alla quale ». — *cursus:* « navigazione, tragitto ». — **2.** *teneri:* « essere occupata ». — *accepit:* « seppe ». — *sicut:* « come già prima ». — *Nuceriam:* Nocera, sul fiume Sarno, a sud-est di Nola. — **3.** *sollicitandis:* « con l'adescare ». — *nequiquam:* « benchè invano ». — *cum singulis:* « ciascuno con un solo vestimento ». — **4.** *qui remanserint:* cioè *eis qui.* — **5.** *ea spe:* « con tale lusinga ». — *hospitia:* il mutuo patto d'ospitalità che essi avevano con le famiglie degli altri paesi. Segno di riconoscimento presso tutti i castaldi erano le *tesserae hospitales.* — **6.** *primus quisque:* « i principali, i più eminenti ». — **7.** *principum:* « del partito aristocratico ». — *conscientia:* « il pentimento ». — *metus a praetore:* « il timore del... » in senso oggettivo (il timore che gl'incuteva

seminecem eum ad Cannas in acervo caesorum corporum inventum curatumque benigne etiam cum donis Hannibal domum re-
9 miserat. Ob eius gratiam meriti rem Nolanam in ius dicionemque dare voluerat Poeno, anxiumque eum et sollicitum cura
10 novandi res praetor cernebat. Ceterum cum aut poena cohibendus esset aut beneficio conciliandus, sibi adsumpsisse quam hosti ademisse fortem ac strenuum maluit socium, accitumque
11 ad se benigne appellat: multos eum invidos inter popularis habere inde existimatu facile esse, quod nemo civis Nolanus sibi indicaverit, quam multa eius egregia facinora militaria
12 essent; sed qui in Romanis militaverit castris, non posse obscuram eius virtutem esse. Multos sibi, qui cum eo stipendia fecerint, referre, qui vir esset ille, quaeque et quotiens pericula pro salute ac dignitate populi Romani adisset,
13 utique Cannensi proelio non prius pugna abstiterit, quam prope exsanguis ruina superincidentium virorum, equorum
14 armorumque sit oppressus. « Itaque macte virtute esto, » inquit « apud me tibi omnis honos atque omne praemium
15 erit, et quo frequentior mecum fueris, senties eam rem tibi dignitati atque emolumento esse », laetoque iuveni promissis equum eximium dono dat, bigatosque quingentos quaestorem

---

il ...). TACITO invece, *Agr.*, 16: « *ex legato timor* ». — **8.** *caesorum corporum:* « di cadaveri ». — **9.** *ob eius* ecc.: « per riconoscenza di tal benefizio ». — **10.** *cum aut* ecc.: « potendosi o... o ». Qui dunque il participio in *-ndus* non induce il significato di « dovendosi ». — *adsumpsisse:* « esserselo reso », cioè « averlo amico ». È il caso d'*accepi* « io so », *acceperam* « io sapeva » ecc. — **11.** *inter popularis:* « tra i compaesani ». — *existimatu facile:* « potersi facilmente argomentare da ciò (*inde*) che (*quod*) ...». — *nemo civis:* non *nullus:* così generalmente i Latini con i sostantivi che designano persona, adoperano *nemo*, non *nullus; quisquam*, non *ullus*. — *sibi:* a Marcello. — **12.** *qui*, riferito all'*eius* che segue. — **13.** *utique:* « e come ». — **14.** *macte virtute esto:* « ti porti fortuna il tuo valore ». *Macte* è indeclinabile al singol., al plurale *macti:* il significato della formola era prima meramente sacrificale; cfr. SERVIO a VERG., *Aen.*, 9, 641: « quoties aut tus aut vinum super victimam fundebatur, dicebant: mactus est taurus vino vel ture, hoc est cumulata est hostia, et magis aucta ». Quindi *mactus* (*macte*, cfr. *ipsus*, *ipse*) passò nelle formole augurali: *macte virtute esto* « sii prosperoso a cagion del tuo valore ». — **15.** *bigatos:* il bigato era un denaro che aveva da una parte l'effigie di Roma, e dall'altra la Vittoria sopra una biga; il suo valore fu sempre inferiore a quello di una lira delle nostre, e andò col tempo scemando.

numerare iubet; lictoribus imperat, ut eum se adire, quotiens velit, patiantur. **XVI.** Hac comitate Marcelli ferocis iuvenis 1
animus adeo est mollitus, ut nemo inde sociorum rem Romanam fortius ac fidelius iuverit.

Cum Hannibal ad portas esset — Nolam enim rursus a 2
Nuceria movit castra — plebesque Nolana de integro ad defectionem spectaret, Marcellus sub adventum hostium intra 3
muros se recepit, non castris metuens, sed ne prodendae urbis occasionem nimis multis in eam inminentibus daret. Instrui 4
deinde utrimque acies coeptae, Romanorum pro moenibus Nolae, Poenorum ante castra sua. Proelia hinc parva inter urbem castraque et vario eventu fiebant, quia duces nec prohibere paucos temere proc*ur*santis nec dare signum universae pugnae volebant. In hac cotidiana iam duorum exercituum 5
statione principes Nolanorum nuntiant Marcello nocturna con- 6
loquia inter plebem ac Poenos fieri statutumque esse, ut, cum Romana acies egressa portis staret, inpedimenta eorum ac sarcinas diriperent, clauderent deinde portas murosque occuparent, ut potentes rerum suarum atque urbis Poenum inde pro Romano acciperent. Haec ubi nuntiata Marcello sunt, 7
conlaudatis senatoribus Nolanis, priusquam aliqui motus in urbe oreretur, fortunam pugnae experiri statuit. Ad tris 8
portas in hostes versas tripertito exercitum instruxit; inpedimenta subsequi iussit, calones lixasque et invalidos milites

---

Cap. XVI. — **1.** *ferocis:* « fiero, altero, baldanzoso ». — *mollitus:* « lenito, commosso, tocco ». — *inde:* « d'allora in poi ». — **2.** *de integro:* « di nuovo ». — **3.** *castris*, dativo. — *in eam imminentibus*, cioè *in eam prodendam*: « propensi a tradirla ». — **4.** *pro moenibus:* « volgendo le spalle alle mura ». — *hinc:* « d'allora ». — *temere procursantis:* « che si spingevano innanzi senza un piano ». Ma la lezione è dubbia (è del LUCHS); i codd. hanno *procantis* o *provocantis*. — **5.** *statione:* « inoperosità » dei due eserciti « schierati » (*stare*, § 6, « essere schierato »). — **6.** *staret*, secondo il WEISS.; i cod. leggono *iret*. — *impedimenta:* le provvigioni di tutto l'esercito, le tende, le macchine, cioè « i materiali di guerra »; *sarcinae* « i bagagli dei soldati ». — *potentes:* « padroni ormai ». — **7.** *aliqui;* non *aliquis*, perchè qui è aggett. Ma la distinzione non è sempre osservata. — *in urbe*, secondo il WEISS.; i cod. hanno *iniurise*, che non ha senso. — **8.** *tripertito:* « in tre riparti »: in origine era anche questo un abl. assoluto di

vallum ferre. Media porta robora legionum et Romanos equites, duabus circa portis novos milites levemque arma-
9 turam ac sociorum equites statuit. Nolani muros portasque adire vetiti, subsidiaque destinata inpedimentis, ne occupatis proelio legionibus in ea impetus fieret. Ita instructi intra
10 portas stabant. Hannibali sub signis, id quod per aliquot dies fecerat, ad multum diei in acie stanti primo miraculo esse, quod nec exercitus Romanus porta egrederetur nec ar-
11 matus quisquam in muris esset; ratus deinde prodita conloquia esse metuque resides factos, partem militum in castra remittit iussos propere adparatum omnem oppugnandae urbis in primam aciem adferre, satis fidens, si cunctantibus instaret,
12 tumultum aliquem in urbe plebem moturam. Dum in sua quisque ministeria discursu trepidant ad prima signa succeditque ad muros acies, patefacta repente porta Marcellus signa canere clamoremque tolli ac pedites primum, deinde equites, quanto maximo possent impetu, in hostem erumpere iubet.
13 Satis terroris tumultusque in aciem mediam intulerant, cum duabus circa portis P. Valerius Flaccus et C. Aurelius le-
14 gati in cornua hostium erupere. Addidere clamorem lixae

---

participio, adoperato neutralmente. — *vallum:* « i pali per la palizzata ». — *media porta:* « sulla porta di mezzo »: frequente in Livio l'ellissi dell'*in* coi nomi di luogo. — *duabus circa portis:* « alle due porte laterali ». *Circa*, avverbio, adoperato attributivamente. — **9.** *subsidiaque:* « milizie di rinforzo ». — *destinata:* « posti a guardia ». Abbiamo soppresso, dopo *impedimentis*, il *data* che si legge nei codici: può essere intrusione di copista; e può anch'essere che sia caduta una parola. Il Lucus legge *praesidio data.* — **10.** *sub signis;* apposizione attributiva d'*Hannibali;* ma s'intende dell'esercito suo « schierato sotto le insegne ». — *fecerat* si riferisce all'*esse sub signis.* — *ad multum diei:* « per gran parte del giorno ». — *miraculo esse:* « sembrava strano ». — *porta egrederetur:* era *intra portas*, § 9. — **11.** *conloquia*: quelli di cui parla al § 6. — *factos*, cioè *Romanos.* — *iussos* si riferisce a *partem militum.* Noi con l'attivo: « comandando loro ». — **12.** *in sua ministeria* va unito con *discursu:* « sparpagliandosi a prendere ciascuno i proprii arnesi ». — *trepidant ad:* « corrono in disordine verso... ». — *succeditque ad muros:* « e si presenta sotto le mura ». — *acies*, d'Annibale. — *signa canere:* « di suonare le trombe »; propriamente: « che le trombe suonino ». *Signa* è sogg.; *canere* dipende da *iubet;* meglio *cani:* Cesare, *B. C.*, 3, 82, « *classicum cani iubet* ». — **13.** *P. Valerius Flaccus:* il troviamo già in XXI, 6, 8, tra i messi mandati a Sagunto.

calonesque et alia turba custodiae inpedimentorum adposita, ut paucitatem maxime spernentibus Poenis ingentis repente exer- 15
citus speciem fecerint. Vix equidem ausim adfirmare, quod quidam auctores sunt, duo milia et octingentos hostium caesos non plus quingentis Romanorum amissis; sed sive tanta sive 16
minor victoria fuit, ingens eo die res ac nescio an maxima illo bello gesta est: non vinci enim ab Hannibale tunc difficilius fuit quam postea vincere.

XVII. Hannibal spe potiundae Nolae adempta cum Acerras 1
recessisset, Marcellus extemplo clausis portis custodibusque dispositis, ne quis egrederetur, quaestionem in foro de iis, qui clam in conloquiis hostium fuerant, habuit; supra septuaginta 2
damnatos proditionis securi percussit, bonaque eorum iussit publica populi Romani esse, et summa rerum senatui tradita 3
cum exercitu omni profectus supra Suessulam castris positis consedit. Poenus Acerras primum ad voluntariam deditionem 4
conatus perlicere, postquam obstinatos in fide videt, obsidere atque oppugnare parat. Ceterum Acerranis plus animi quam virium erat: itaque desperata tutela urbis, ut circumvallari 5
moenia viderunt, priusquam continuarentur hostium opera, per intermissa munimenta neglectasque custodias silentio noctis dilapsi, per vias inviaque, qua quemque aut consilium aut 6
error tulit, in urbes Campaniae, quas satis certum erat non mutasse fidem, perfugerunt.

Hannibal Acerris direptis atque incensis cum a Casino 7

— **14.** *alia turba:* gl'*invalidi* del § 8. — *paucitatem:* « l'esiguo numero ». — **15.** *quod*, cioè *id cuius.* — *auctores sunt:* « fan fede ». — **16.** *nescio an:* può rendersi con « forse ». Ha assunto valore tanto avverbiale, che non ha alcuna influenza sul modo del verbo.

Cap. XVII. — **1.** *adempta:* « perduta ». — *Acerras:* oggi *Acerra*, città della Campania, al sud di Capua. — *quaestionem:* « un processo contro... ». — **2.** *supra:* « più di... ». — *securi percussit:* « fece decapitare ». — **3.** *summa rerum... tradita:* « affidato il governo ». — **4.** *in fide*, congettura del Putsche; il Puteano ha *inde.* — **5.** *continuarentur:* « fossero messe in comunicazione le trincee dei nemici ». — *intermissa munimenta:* « le interruzioni delle trincee ». — *neglectas custodias:* « i posti non guardati ». — **6.** *inviaque*: « dirupi ». — *in urbes* ecc.: « in *quelle* città, delle quali eran sicuri che... ». — **7.** *a Casino*, città del Lazio presso l'odierna S. Germano. H. I. Muller suppone con molta

dictatorem Romanum legionesque * nimis acciri nuntiassent, ne
quis *tumultus* tam propinquis hostium castris Capuae quoque
8 oreretur, exercitum ad Casilinum ducit. Casilinum eo tem-
pore quingenti Praenestini habebant cum paucis Romanis La-
tinique nominis, quos eodem audita Cannensis clades contu-
9 lerat. Hi non confecto Praeneste ad diem dilectu serius
profecti domo cum Casilinum ante famam adversae pugnae
venissent et, aliis adgregantibus sese Romanis sociisque, pro-
fecti a Casilino cum satis magno agmine irent, avertit eos
10 retro Casilinum nuntius Cannensis pugnae. Ibi cum dies
aliquot suspecti Campanis timentesque cavendis ac struendis
in vicem insidiis traduxissent, ut de Capuae defectione agi
accipique Hannibalem satis pro certo habuere, interfectis nocte
oppidanis partem urbis, quae cis Volturnum est — eo enim
11 dividitur amni —, occupavere; idque praesidii Casilini habe-
bant Romani. Additur et Perusina cohors, homines quadrin-
genti sexaginta, eodem nuntio, quo Praenestini paucos ante
12 dies, Casilinum conpulsi. Et satis ferme armatorum ad tam
exigua moenia et flumine altera parte cincta tuenda erat; pe-
nuria frumenti, nimium etiam ut videretur hominum, effi-
ciebat.

1 **XVIII.** Hannibal cum iam inde haud procul esset, Gae-
tulos cum praefecto nomine Isalca praemittit ac primo, si fiat
conloquii copia, verbis ben gnis ad portas aperiundas praesi-
diumque accipiendum perlicere iubet, si in pertinacia perstent,

---

probabilità che sia da leggere *Casilinum;* XIX, 1-3. — *legionesque * nimis:* il passo è corrotto; congettura del MAGVIG: *legionesque venire Numidae citi nuntiassent.* — **8.** *Latinique nominis:* « della confederazione Latina ». — *audita:* « la fama della... ». — **9.** *hi:* i cinquecento prenestini. — *non confecto* ecc.: « non essendosi fatta a Preneste nel giorno stabilito... ». *Praeneste* è l'odierna Palestrina. — **10.** *cavendis* ecc.: « guardandosi dalle insidie e a loro volta ordendone ». — *accipique Hannibalem:* « che doveva esser ricevuto (in Capua) Annibale ». — **12.** *satis ferme armatorum:* « più che sufficiente numero di armati ». — *ad... tuenda:* « alla difesa di ». — *altera parte:* « da una parte ». — *nimium ut videretur hominum*, per *nimis multi ut viderentur homines.*

Cap. XVIII. — **1.** *inde haud procul:* « non lontano di là ». — *si fiat colloquii copia:* « se fossero ammessi a colloquio ». Il presente

vi rem gerere ac temptare, si qua parte invadere urbem
possit. Ubi ad moenia adcessere, quia silentium erat, soli- 2
tudo visa; metuque concessum barbarus ratus moliri portas et
claustra refringere parat, cum patefactis repente portis cohortes 3
duae, ad id ipsum instructae intus, ingenti cum tumultu erum-
punt stragemque hostium faciunt. Ita primis repulsis Ma- 4
harbal cum maiore robore virorum missus nec ipse eruptio-
nem cohortium sustinuit. Postremo Hannibal castris ante 5
ipsa moenia positis parvam urbem parvumque praesidium
summa vi atque omnibus copiis oppugnare parat, ac dum
instat lacessitque, corona undique circumdatis moenibus, ali-
quot milites et promptissimum quemque e muro turribusque
ictos amisit. Semel ultro erumpentis agmine elephantorum 6
opposito prope interclusit trepidosque conpulit in urbem satis
multis ut ex tanta paucitate interfectis. Plures cecidissent,
ni nox proelio intervenisset. Postero die omnium animi ad 7
oppugnandum accenduntur, utique postquam corona aurea
muralis proposita est, atque ipse dux castelli plano loco positi
segnem oppugnationem Sagunti expugnatoribus exprobrabat,
Cannarum Trasumennique et Trebiae singulos admonens uni-
versosque. Inde vineae quoque coeptae agi cuniculique. Nec 8
ad varios conatus hostium aut vis ulla aut ars deerat *ab*
sociis Romanorum: propugnacula adversus vineas statuere, 9
transversis cuniculis hostium cuniculos excipere, et palam et

---

congiuntivo, perchè il verbo della principale è presente storico. — *temptare si:* coi verbi di « tentare, aspettare » (*experiri, exspectare* ecc.) il latino classico adopera, *si* non *utrum;* cfr. CIC., *Phil.*, 9, 1, 2; *Att.*, 16, 2, 4. — **2.** *concessum*, impersonale: « si fossero ritirati ». — *moliri:* « demolire ». — **4.** *nec ipse*, cioè *ne ipse quidem.* — **5.** *corona* ecc.: « serrando i soldati in cerchio attorno alle mura ». — *et promptissimum quemque:* « ed anzi i più baldanzosi ». — **6.** *trepidosque compulit:* « li ricacciò in disordine ». — *ut ex:* « relativamente al piccolo numero totale ». — **7.** *accenduntur* si può intendere in senso passivo: « furono infiammati » (da Annibale), v. le proposiz. seguenti; od anche in senso medio: « furono pieni di ardore ». — *utique:* « soprattutto ». — *proposita est:* « fu promessa in premio ». — *singulos... universosque*, cioè: « sì nel conversare coi singoli soldati, come nelle concioni a tutto l'esercito ». — **8.** *inde:* « allora ». — *cuniculique:* « cunicoli », cioè gallerie sotterranee per riuscire dentro alla città. — *ad varios conatus:* « contro i tentativi di varia specie ». — **9.** *transversis cuniculis:* « costrutti trasversalmente a

clam coeptis obviam ire, donec pudor etiam Hannibalem ab incepto avertit, castrisque communitis ac praesidio modico inposito, ne omissa res videretur, in hiberna Capuam concessit.

10 Ibi partem maiorem hiemis exercitum in tectis habuit, adversus omnia humana mala saepe ac diu duratum, bonis
11 inexpertum atque insuetum. Itaque, quos nulla mali vicerat vis, perdidere nimia bona ac voluptates inmodicae, et eo in-
12 pensius, quo avidius ex insolentia in eas se merserant. Somnus enim et vinum et epulae et scorta balineaque et otium consuetudine in dies blandius ita enervaverunt corpora animosque, ut magis deinde praeteritae victoriae eos quam praesentes
13 tutarentur vires, maiusque id peccatum ducis apud peritos artium militarium haberetur, quam quod non ex Cannensi acie protinus ad urbem Romanam duxisset; illa enim cunctatio distulisse modo victoriam videri potuit, hic error vires
14 ademisse ad vincendum. Itaque hercule, velut si cum alio exercitu a Capua exiret, nihil usquam pristinae disciplinae
15 tenuit. Nam et redierunt plerique scortis inpliciti, et, ubi primum sub pellibus haberi coepti sunt, viaque et alius militaris labor excepit, tironum modo corporibus animisque de-
16 ficiebant, et deinde per omne aestivorum tempus magna pars sine commeatibus ab signis dilabebantur, neque aliae latebrae quam Capua desertoribus erant.

1 **XIX**. Ceterum mitescente iam hieme educto ex hibernis

---

quelli dei nemici », per tagliarli. — *pudor etiam:* anche l'onta che gli veniva dalla cattiva riescita. — *omissa res:* « che si fosse rinunziato all'impresa ». — **10.** *in tectis:* « nelle case », e quindi non sotto le tende. — *duratum*: « indurito, afforzatosi ». — **11.** *eo impensius:* « tanto maggiormente ». — *ex insolentia:* « per esser nuovi ai piaceri ». — **12.** *consuetudine in dies blandius:* « che con l'avvezzarvisi di giorno in giorno, più lusinga ». — **13.** *peccatum:* « errore ». — *quam quod non... duxisset:* « che il non aver condotto ». — *ex... protinus:* « subito dopo ». — **14.** *a Capua:* vedi XI, 1, *a Delphis*. — **15.** *scortis impliciti:* « impigliati in tresche ». — *sub pellibus:* « sotto le tende ». — *viaque:* « e le marce ». — *tironum modo:* « come novizii ». — **16.** *aestivorum:* « degli accampamenti estivi », ed anche « della spedizione » o « della campagna estiva », come nel nostro caso.

milite Casilinum redit, ubi, quamquam ab oppugnatione cessatum erat, obsidio tamen continua oppidanos praesidiumque 2
ad ultimum inopiae adduxerat. Castris Romanis Ti. Sem- 3
pronius praeerat dictatore auspiciorum repetendorum causa profecto Romam. Marcellum et ipsum cupientem ferre auxi- 4
lium obsessis et Volturnus amnis inflatus aquis et preces Nolanorum Acerranorumque tenebant Campanos timentium, si praesidium Romanum abscessisset. Gracchus adsidens tantum 5
Casilino, quia praedictum erat dictatoris, ne quid absente eo rei gereret, nihil movebat, quamquam, quae facile omnem patientiam vincerent, nuntiabantur a Casilino: nam et prae- 6
cipitasse se quosdam non tollerantes famem constabat, et stare inermes in muris nuda corpora ad missilium telorum ictus praebentes. Ea aegre patiens Gracchus, cum neque pugnam 7
conserere dictatoris iniussu auderet — pugnandum autem esse, si palam frumentum inportaret, videbat — neque clam inportandi spes esset, farre ex agris circa undique convecto cum 8
conplura dolia conplesset, nuntium ad magistratum Casilinum misit, ut exciperent dolia, quae amnis deferret. Insequenti 9
nocte intentis omnibus in flumen ac spem ab nuntio Romano factam dolia medio missa amni defluxerunt; aequaliterque

---

Cap. XIX. — **1.** *obsidio... continua:* « non interrotto assedio ». — *ad ultimum inopiae;* « all'estrema miseria ». Presso Livio è frequente la costruzione del genitivo dipendente da un pronome od aggettivo neutro: cfr. più giù, § 13, « *ad id ventum inopiae est* ». — *auspiciorum* ecc.: « per riprendere gli auspicii ». Era stata dunque omessa qualche formalità nell'osservazione dei presagi, oppure era intervenuta qualche sconfitta, della quale Livio non fa menzione; ma altri storici v'accennano. — **4.** *inflatus aquis:* « la piena del Volturno ». — **5.** *adsidens:* « rimanendo inoperoso ». — *praedictum*, participio neutro sostantivato, come *edictum*, « un ordine ». — *absente eo:* cioè *dictatore*. Con *absente se* si sarebbe riferita la cosa secondo la formola del decreto dittatoriale; con *absente eo* si riferisce la cosa come un pensiero od un ricordo di Gracco. — *nihil movebat:* « nulla intraprendeva ». — **8.** *ex agris circa:* il solito uso attributivo dell'avverbio. — *ad magistratum Casilinum: Casilinum* non è aggettivo, ma accusativo del nome di città; il WEISSENBORN qui rammenta VII, 5, 3, « *domum ad M. Pomponium* ». — **9.** *intentis... in flumen ac spem:* ardita unione; in italiano bisognerà trovare per il secondo termine un aggettivo diverso: « intenti al fiume e pieni di speranza ». — *medio... amni:* abl. di direzione. — *aequaliter:* « in porzioni

10 inter omnes frumentum divisum. Id postero quoque die ac
tertio factum est; nocte et mittebantur et perveniebant; eo
11 custodias hostium fallebant. Imbribus deinde continuis ci-
tatior solito amnis transverso vertice dolia impulit ad ripam,
quam hostes servabant. Ibi haerentia inter obnata ripis
salicta conspiciuntur, nuntiatumque Hannibali est, et deinde
intentiore custodia cautum, ne quid falleret Volturno ad urbem
12 missum. Nuces tamen fusae ab Romanis castris, cum medio
13 amni ad Casilinum defluerent, cratibus excipiebantur. Pos-
tremo ad id ventum inopiae est, ut lora detractasque scutis
pelles, ubi fervida mollissent aqua, mandere conarentur nec
muribus aliove animali abstinerent et omne herbarum ra-
14 dicumque genus aggeribus infimis muri eruerent. Et cum
hostes obarassent, quidquid herbidi terreni extra murum erat,
raporum semen iniecerunt, ut Hannibal « Eone usque, dum
15 ea nascuntur, ad Casilinum sessurus sum? » exclamaret; et
qui nullam antea pactionem auribus admiserat, tum demum
agi secum est passus de redemptione liberorum capitum.
16 Septunces auri in singulos pretium convenit. Fide accepta
tradiderunt sese. Donec omne aurum persolutum est, in
17 vinculis habiti; tum emissi summa cum fide. Id verius est
quam ab equite in abeuntis inmisso interfectos. Praenestini

eguali ». — **10.** *eo:* il RIEMANN spiega: « grâce à cette circonstance ». Mi pare evidente invece che *eo* stia per *adeo*: « tanto essi giungevano a ingannare le guardie », (« eludere la vigilanza... »). — **11.** *transverso vertice:* « per un vortice che li spingeva obliquamente ». — *haerentia:* « impigliatisi ». — *nuntiatumque;* il soggetto si desume dal contesto: « e tal fatto ». — *intentiore:* « con più vigile... ». — *ne quid falleret:* « che alcuna cosa non isfuggisse loro ». *Missum* è predicato di *quid:* « di quello che fosse mandato ». — **12.** *fusae*, cioè *in flumen.* — **13.** *ubi mollissent*, piuccheperf. del cong., per indicare un fatto che si ripete. — *aggeribus infimis:* « ai piedi della cinta fortificata ». — **14.** *obarassent:* è un ἅπαξ λεγόμενον liviano. Il WEISSENBORN propenderebbe a cancellare *hostes.* — *iniecerunt:* lo scopo era di far credere ad Annibale che essi avessero provvigioni finchè ciò che avevan seminato nascesse. — *ut Hannibal... exclamaret:* cfr. FRONT., 3, 15, 3: « *consecuti ut habere viderentur quo victum sustentarent usque ad satorum proventum* ». — *sessurus sum:* « debbo starmene inoperoso qui ». — **15.** *auribus admiserat:* « non voleva sentir parlare di... ». — **16.** *septunces auri* ecc.: « fu convenuto per ciascuno il prezzo di un settunce » (circa 665 fr.). — *donec* ecc.; in italiano si suole aggiungere un *non:* « finchè non fu pagato ». — **17.** *ab equite*,

maxima pars fuere. Ex quingentis septuaginta, qui in prae-
sidio fuerunt, minus dimidium ferrum famesque absumpsit;
ceteri incolumes Praeneste cum praetore suo M. Anicio —
scriba is antea fuerat — redierunt. Statua eius indicio fuit 18
Praeneste in foro statuta, loricata, amicta toga, velato capite,
[et tria signa] cum titulo lamnae aeneae inscripto, M. Ani-
cium pro militibus, qui Casilini in praesidio fuerint, votum
solvisse. Idem titulus tribus signis in aede Fortunae positis
fuit subiectus. **XX.** Casilinum oppidum redditum Campanis 1
est, firmatum septingentorum militum de exercitu Hannibalis
praesidio, ne, ubi Poenus inde abscessisset, Romani oppu-
gnarent. Praenestinis militibus senatus Romanus duplex sti- 2
pendium et quinquennii militiae vacationem decrevit; civitate
cum donarentur ob virtutem, non mutaverunt. Perusinorum 3
casus obscurior fama est, quia nec ipsorum monumento ullo
est inlustratus nec decreto Romanorum.

Eodem tempore Petelinos, qui uni ex Bruttiis manserant in 4
amicitia Romana, non Carthaginienses modo, qui regionem
obtinebant, sed Bruttii quoque ceteri ob separata ab se con-
silia oppugnabant. Quibus cum obsistere malis nequirent 5
Petelini, legatos Romam ad praesidium petendum miserunt.
Quorum preces lacrimaeque — in questus enim flebiles, cum
sibimet ipsi consulere iussi sunt, sese in vestibulo curiae pro-
fuderunt — ingentem misericordiam patribus ac populo mo-
verunt. Consultique iterum a M. Aemilio praetore patres 6
circumspectis omnibus imperii viribus fateri coacti, nihil iam
longinquis sociis in se praesidii esse, redire domum fideque

vale *ab equitibus.* — *cum praetore suo:* il primo magistrato di Preneste. — **18.** *indicio fuit:* « era testimonianza ». La statua ai tempi di Livio non esisteva più; perciò *fuit.*

Cap. XX. — **2.** *q. militiae vacationem*: « esenzione dal servizio militare per cinque anni ». — *non mutaverunt*, cioè *civitatem.* — **3.** *casus:* « la sorte toccata ai... ». — *obscurior:* « molto oscura ». — **4.** *Petelinos:* di *Petelia*, sulla costa orientale del *Bruttium* (oggi Strongoli). — *ob separata ab se consilia:* « per aver seguito causa diversa ». — **5.** *sibimet ipsi consulere:* « provvedere da sè ai casi loro ». — *in questus... profuderunt:* « si sciolsero in flebili lamenti ». — **6.** *fideque*

ad ultimum expleta consulere sibimet ipsos in reliquum *pro*
7 praesenti fortuna iusserunt. Haec postquam renuntiata legatio Petelinis est, tantus repente maeror pavorque senatum
8 eorum cepit, ut pars profugiendi, qua quisque posset, ac deserendae urbis auctores essent, pars, quando deserti a veteribus sociis essent, adiungendi se ceteris Bruttiis ac per eos
9 dedendi Hannibali. Vicit tamen ea pars, quae nihil raptim
10 nec temere agendum consulendumque de integro censuit. Relata postero die per minorem trepidationem re tenuerunt optimates, ut convectis omnibus ex agris urbem ac muros firmarent.

1 **XXI.** Per idem fere tempus litterae ex Sicilia Sardiniaque
2 Romam allatae. Priores ex Sicilia T. Otac.lii propraetoris in senatu recitatae sunt: P. Furium praetorem cum classe ex Africa Lilybaeum venisse; ipsum graviter saucium in discrimine ultimo vitae esse; militi ac navalibus sociis neque stipendium neque frumentum ad diem dari neque, unde detur,
3 esse; magnopere suadere, ut quam primum ea mittantur, sibique, si ita videatur, ex novis praetoribus successorem mittant.
4 Eademque ferme de stipendio frumentoque ab A. Cornelio Mammula propraetore ex Sardinia scripta. Responsum utrique, non esse, unde mitteretur, iussique ipsi classibus atque exer-
5 citibus suis consulere. T. Otacilius ad unicum subsidium populi Romani, Hieronem, legatos cum misisset, in stipendium quanti argenti opus fuit et sex mensum frumentum accepit;

---

ad ultimum expleta: « poichè avevano fatto prova di fedeltà fino all'ultimo ». — *consulere... pro praesenti fortuna:* « si regolassero secondochè il caso consigliasse ». — *in reliquum:* « per l'avvenire ». — **7.** *auctores essent:* « fecero la proposta ». — **8.** *per eos:* « con la loro intercessione ». — **9.** *cons. de integro:* « doversi esaminare di nuovo la questione, sotto tutti i suoi aspetti ». — **10.** *tenuerunt:* « trionfarono, fecero trionfare il partito ».

Cap. XXI. — **2.** *priores ex Sicilia... recitatae sunt:* « furono lette prima quelle dalla Sicilia... ». — *in discrimine ultimo vitae:* « in estremo pericolo di... ». — **3.** *ea: stipendium frumentumque.* — *si ita videatur:* « se così sembrasse opportuno ». — **5.** *unicum subsidium:* « prezioso aiuto ». — *Hieronem*, re di Siracusa dal 485/269 al 538/216. — *quanti argenti: tantum argenti quanti.* — *benigne*

Cornelio in Sardinia civitates sociae benigne contulerunt. Et 6
Romae quoque propter penuriam argenti triumviri mensarii rogatione M. Minuci tribuni plebis facti, L. Aemilius Papus, qui consul censorque fuerat, et M. Atilius Regulus, qui bis consul fuerat, et L. Scribonius Libo, qui tum tribunus plebis erat. Et duumviri creati M. et C. Atilii aedem Concordiae, 7
quam L. Manlius praetor voverat, dedicaverunt; et tres pontifices creati, Q. Caecilius Metellus et Q. Fabius Maximus et Q. Fulvius Flaccus, in locum P. Scantini demortui et L. Aemili Pauli consulis et Q. Aeli Paeti, qui ceciderant pugna Cannensi.

XXII. Cum cetera, quae continuis cladibus fortuna mi- 1
nuerat, quantum consiliis humanis adsequi poterant, patres explessent, tandem se quoque et solitudinem curiae paucita- 2
temque convenientium ad publicum consilium respexerunt. Neque enim post L. Aemilium et C. Flaminium censores se- 3
natus lectus fuerat, cum tantum senatorum adversae pugnae, ad hoc sui quemque casus per quinquennium absumpsissent. Cum de ea re M. Aemilius praetor, dictatore post Casilinum 4
amissum profecto tan*dem* ad exercitum, exposcentibus cunctis rettulisset, tum Sp. Carvilius, cum longa oratione non *patrum*

---

contulerunt: « inviarono contribuzioni volontarie ». — **6.** *penuriam argenti:* « di monete d'argento ». — *triumviri mensarii*, carica che si trova ancora menzionata in XXIII, 21, 6 e XXIV, 18, 12. Era una specie di commissione governativa incaricata di tenere un banco di prestito ai privati, che presentassero buone garanzie. — *rogatione:* « per proposta » (fatta dinanzi ai comizii popolari). — *M. Atilius Regulus*, diverso da quello famoso per i tormenti inflittigli dai Cartaginesi. Questi era stato console due volte, nel 227 e nel 217. — **7.** *in locum;* frequente presso Livio coi verbi che significano « eleggere, creare » ecc. (*aliquem in locum alicuius nominare, sufficere, rogare, subrogare, substituere, creare, cooptare.* V. gli esempii presso Ballas, *Die Phraseologie des Livius*, pag. 164).

Cap. XXII. — **2.** *Cum... explessent:* « avendo cercato di riparare ». — *solitudinem curiae:* « i numerosi vuoti nel Senato. — *paucitatem:* « l'esiguo numero ». — *convenientium: eorum qui conveniebant.* Qui il participio sostantivato tien luogo di una proposizione relativa, e conserva la sua costruzione verbale. — **3.** *lectus fuerat:* si aspetterebbe *erat. Legere* è verbo proprio per la elezione dei senatori. Cfr. *aliquem in senatum legere*, XXIII, 23, 3; *aliquem in patres legere*, XXIII, 22, 4; o *inter patres*, II, 16, 5. — *tantum senatorum:* « un sì gran numero di... ». — *ad hoc:* « oltre a ciò ». — *sui... casus:* « disgrazie personali ». —

solum inopiam sed paucitatem etiam civium, ex quibus in
5 patres legerentur, conquestus esset, explendi senatus causa et
iungendi artius Latini nominis cum populo Romano magno-
pere se suadere dixit, ut ex singulis populis Latinorum binis
senatoribus, *quibus* patres Romani censuissent, civitas daretur
6 atque ei in demortuorum locum in senatum legerentur. Eam
sententiam haud aequioribus animis quam ipsorum quondam
7 postulatum Latinorum patres audierunt; et cum fremitus in-
dignantium tota curia esset, et praecipue T. Manlius esse
etiam nunc eius stirpis virum diceret, ex qua quondam
in Capitolio consul minatus esset, quem Latinum in curia
8 vidisset, eum sua manu se interfecturum, Q. Fabius Maximus
numquam rei ullius alieniore tempore mentionem factam in
senatu dicit, quam inter tam suspensos sociorum animos in-
9 certamque fidem id iactum, quod insuper sollicitaret eos. Eam
unius hominis temerariam vocem silentio omnium extinguen-
dam esse et, si quid umquam arcani sanctive ad silendum
in curia fuerit, id omnium maxime tegendum, occulendum,
10 obliviscendum, pro indicto habendum esse. Ita eius rei op-
pressa mentio est. Dictatorem, qui censor ante fuisset ve-
tustissimusque ex iis, qui viverent, censoriis esset, creari
placuit, qui senatum legeret, accirique C. Terentium consulem
11 ad dictatorem dicendum iusserunt. Qui ex Apulia relicto ibi
praesidio cum magnis itineribus Romam redisset, nocte proxima,
ut mos erat, M. Fabium Buteonem ex senatus consulto sine

---

4. *legerentur:* sogg. *senatores.* — **5.** *causa:* « al fine di... ». Nel miglior latino *causa* ha sempre l'idea accessoria di scopo. — *se suadere:* « che egli propugnava la proposta ». — *senatoribus*, s'intende, appartenenti al Senato dei diversi popoli latini, due per ciascun popolo. — **6.** *eam sententiam:* « quella proposta ». — *haud aequioribus animis:* « con favore non maggiore ». — *quondam*, riferito attributivamente a *postulatum*: « la richiesta fatta una volta dagli stessi Latini. ». — **7.** *esse etiam nunc:* « che ancora viveva ». — **8.** *alieniore tempore:* « in occasione meno opportuna ». — *id iactum:* « essersi lanciata una tal proposta ». — **9.** *si quid umquam:* « se altra cosa mai ». — *sanctive ad silentium*, per *sacro digni silentio.* Il costrutto è poetico e irregolare. — *omnium maxime:* « sopratutto ». — *indicto:* qui non da *indicere*, ma per *non dicto.* — **10.** *oppressa:* « fu soffocata ». *vetustissimusque:* « il più anziano ». — *accirique:* « che fosse fatto venire ». — **11.** *M. Fabium Buteonem,*

magistro equitum dictatorem in sex menses dixit. **XXIII.** *Is* 1
ubi cum lictoribus in rostra escendit, neque duos dictatores
tempore uno, quod numquam antea factum esset, probare se
dixit, neque dictatorem sine magistro equitum, nec censoriam 2
vim uni permissam et eidem iterum, nec dictatori nisi rei
gerendae causa creato in sex menses datum imperium. Quae 3
inmoderata fors, tempus ac necessitas fecerit, iis se modum
impositurum: nam neque senatu quemquam moturum ex iis,
quos C. Flaminius L. Aemilius censores in senatum legissent;
transcribi tantum recitarique eos iussurum, ne penes unum 4
hominem iudicium arbitriumque de fama ac moribus sena-
toris fuerit; et ita in demortuorum locum sublecturum, ut
ordo ordini, non homo homini praelatus videretur. Recitato 5
vetere senatu inde primos in demortuorum locum legit, qui
post L. Aemilium C. Flaminium censores curulem magistratum
cepissent necdum in senatum lecti essent, ut quisque eorum
primus creatus erat; tum legit, qui aediles, tribuni plebis 6
quaestoresve fuerant; tum ex iis, qui *minores* magistratus
cepissent, qui spolia ex hoste fixa domi haberent aut civicam

---

console nel 245 a. C.: probabilmente censore nel 241. — *sine magistro equitum*, perchè era incaricato solo di *legere senatum:* espressione attributiva rispetto a *dictatorem.*

Cap. XXIII. — **1.** *factum esset*, al congiuntivo, perchè detto secondo il pensiero di colui di cui si parla. — **2.** *censoriam vim:* « autorità censoria ». — *uni*, giacchè vi erano due censori. — *eidem iterum*, perchè egli era stato altra volta censore; il che era proibito sin dall'anno 265 a. C. — *rei gerendae causa:* « per il governo della repubblica ». I dittatori creati per fini minori, come quelli di speciali cerimonie o festività, deponevano la carica, appena quelle fossero state compiute. — **3.** *fors:* qui alcuni suppongono *forsan*, specialmente perchè trattandosi di tre termini si aspetterebbe *fors tempus necessitasque.* — *tempus ac necessitas*, endiadi: « l'urgenza del caso ». — **4.** *transcribi... recitarique* cioè egli voleva ordinare che si copiasse la lista di C. Flaminio e di L. Emilio, e si leggesse. — *senatoris:* « di un senatore ». — *fuerit*, perfetto, per riportarsi col pensiero al tempo in cui la cosa fosse già effettuata: « affinchè non si possa un giorno dire che un solo... ». — *ita:* « con tal norma ». — *sublecturum:* altri leggono *suffecturum.* — *ordo ordini:* « una classe di persone all'altra ». — **5.** *recitato:* « letta la lista del... » — *inde:* « di là », cioè « da quella lista ». — *ut quisque* ecc.: « seguendo l'ordine cronologico della loro nomina ». — *ex hoste*, attributivo di *spolia:* « spoglie nemiche ». — *civicam coronam:* si conferiva al cittadino che avesse salvato la vita ad un altro

7 coronam accepissent. Ita centum septuaginta septem cum ingenti abprobatione hominum in senatum lectis extemplo se magistratu abdicavit privatusque de rostris descendit lictoribus abire iussis, turbaeque se inmiscuit privatas agentium
8 res, tempus hoc sedulo terens, ne deducendi sui causa populum de foro abduceret: neque tamen elanguit cura homi-
9 num ea mora, frequentesque eum domum deduxerunt. Consul nocte insequenti ad exercitum redit non facto certiore senatu, ne comitiorum causa in urbe retineretur.

1 **XXIV.** Postero die consultus a M. Pomponio praetore senatus decrevit dictatori scribendum, uti, si e re publica censeret esse, ad consules subrogandos veniret cum magistro
2 equitum et praetore M. Marcello, ut ex iis praesentibus noscere patres possent, quo statu res publica esset, consiliaque ex rebus caperent. Qui acciti erant, omnes venerunt relictis
3 legatis, qui legionibus praeessent. Dictator de se pauca ac modice locutus in magistrum equitum Ti. Sempronium Gracchum magnam partem gloriae vertit, comitiaque edixit, quibus L. Postumius tertium absens, qui tum Galliam provinciam obtinebat, et Ti. Sempronius Gracchus, qui tum magister equi-
4 tum et aedilis curulis erat, consules creantur. Praetores inde creati M. Valerius Laevinus iterum, Ap. Claudius Pulcher,
5 Q. Fulvius Flaccus, Q. Mucius Scaevola. Dictator creatis magistratibus Teanum in hiberna ad exercitum redit relicto magistro equitum Romae, qui, cum post paucos dies magistratum initurus esset, de exercitibus scribendis conparandisque in annum patres consuleret.

---

cittadino. — **7.** *cum ingenti...:* « con soddisfazione universale » (*hominum*). — **8.** *tempus hoc:* cioè il tempo ch'ei rimase mescolato colla folla. — *sedulo terens:* « a bella posta consumando ». — *deducendi sui causa:* « per il desiderio d'accompagnarlo a casa ». — *elanguit cura:* « venne meno tal desiderio ». — *Ea mora,* ablativo. — *frequentesque:* « in gran numero ». — **9.** *non facto certiore:* « non avvisandone ».

Cap. XXIV. — **1.** *e re publica:* « conforme all'interesse pubblico ». — *ad consules subrogandos:* « per l'elezione dei nuovi consoli ». — **2.** *ex iis praesentibus:* « dalla loro viva voce ». — **3.** *L. Postumius:* L. Postumio Albino era stato console nel 234 e nel 229 a. C. — *testium,* sott. *consul creatur.* — **5.** *post paucos dies:* « di lì a pochi giorni ». —

Cum eae res maxime agerentur, nova clades nuntiata, aliam 6
super aliam cumulante in eum annum fortuna, L. Postumium consulem designatum in Gallia ipsum atque exercitum deletos. Silva erat vasta — Litanam Galli vocabant —, qua 7
exercitum traducturus erat. Eius silvae dextra laevaque circa viam Galli arbores ita inciderunt, ut inmotae starent, momento levi inpulsae occiderent. Legiones duas Romanas habebat 8
Postumius sociumque ab supero mari tantum conscripserat, ut viginti quinque milia armatorum in agros hostium induxerit. Galli oram extremae silvae cum circumsedissent, ubi 9
intravit agmen saltum, tum extremas arborum succisarum impellunt. Quae alia in aliam instabilem per se ac male haerentem incidentes ancipiti strage arma viros equos obruerunt, ut vix decem homines effugerent. Nam cum exanimati 10
plerique essent arborum truncis fragmentisque ramorum, ceteram multitudinem inopinato malo trepidam Galli saltum omnem armati circumsedentes interfecerunt, paucis e tanto numero captis, qui pontem fluminis petentes, obsesso ante ab hostibus ponte, interclusi sunt. Ibi Postumius omni vi, 11
ne caperetur, dimicans occubuit. Spolia corporis caputque praecisum ducis Boi ovantes templo, quod sanctissimum est apud eos, intulere. Purgato inde capite, ut mos iis est, 12
calvam auro caelavere, idque sacrum vas iis erat, quo

---

6. *maxime:* si attendeva « specialmente » a tali cose. — *in eum annum:* « nello spazio di quel solo anno ». — *ipsum atque exercitum deletos:* « esser perito col suo esercito ». — **7.** *Litana,* probabilmente nelle vicinanze di Modena, nel territorio dei Galli Boi. — *inciderunt:* « fecero tali tagli ». — *momento levi:* « una lieve spinta ». *Momentum* per *movimentum.* — **8.** *sociumque* per *sociorumque,* quindi col *tantum* vale *tot socios.* — *ut... induxerit:* « da aver potuto condurre sopra... ». — **9.** *oram extremae silvae:* « l'estremità della selva ». — *extremas:* gli alberi che si trovavano ai due punti estremi della selva, cioè all'entrata ed allo sbocco. — *alia in aliam:* « l'uno sull'altro ». — *male haerentem,* cioè *solo:* « mal fisso nel terreno ». — **10.** *paucis... captis:* l'abl. assoluto indica qualche volta una circostanza, che accompagna il fatto principale: « e ne furono presi solo pochi ». — *obsesso ante* ecc.: strano è qui l'uso dell'abl. assoluto, tanto più perchè prima v'è già *pontem.* Si aspetterebbe: *cum hic iam ab hostibus obsessus esset.* — **11.** *templo,* dativo per *in templum.* — **12.** *purgato capite:* tolsero dal capo le sostanze atte a putrefarsi. — *auro caelavere:* « coprirono di uno strato d'oro cesellato ». — *sollemnibus:*

sollemnibus libarent, poculumque idem sacerdotibus [esse] ac
13 templi antistibus. Praeda quoque haud minor Gallis quam victoria fuit; nam etsi magna pars animalium strage silvae oppressa erat, tamen ceterae res, quia nihil dissipatum fuga est, stratae per omnem iacentis agminis ordinem inventae sunt.

1 **XXV.** Hac nuntiata clade cum per dies multos in tanto pavore fuisset civitas, ut tabernis clausis velut nocturna solitudine per urbem facta senatus aedilibus negotium daret,
2 ut urbem circumirent aperirique tabernas et maestitiae publicae speciem urbi demi iuberent, tum Ti. Sempronius se-
3 natum habuit consolatusque patres est et adhortatus, ne, qui Cannensi ruinae non succubuissent, ad minores calamitates
4 animos summitterent. Quod ad Carthaginienses hostes Hannibalemque attineret, prospera modo essent, sicut speraret, futura; Gallicum bellum et omitti tuto et differri posse, ultionemque eam fraudis in deorum ac populi Romani potestate fore. De hoste Poeno exercitibusque, per quos id bellum ge-
5 reretur, consultandum atque agitandum. Ipse primum, quid peditum equitumque, quid civium, quid sociorum in exercitu esset dictatoris, disseruit; tum Marcellus suarum copiarum
6 summam exposuit; quid in Apulia cum C. Terentio consule esset, a peritis quaesitum est. Nec, unde duo consulares exercitus satis firmi ad tantum bellum efficerentur, inibatur ratio. Itaque Galliam, quamquam stimulabat iusta ira, omitti eo
7 anno placuit. Exercitus dictatoris consuli decretus est. De

---

« nelle grandi cerimonie pubbliche ». — **13.** *per omnem... ordinem:* « lungo tutto il tratto occupato dalla caduta schiera ».

Cap. XXV. — **1.** *tabernis clausis:* la chiusura delle botteghe era, come oggi, *maestitiae publicae species* (cfr. appr.). — **2.** *senatum habuit:* convocò il Senato come *magister equitum.* — **3.** *ad minores calamitates:* « dinanzi a... ». — **4.** *quod ad...*: « e per quanto poi riguardasse... ». Altri legge *quae.* — *prospera modo essent*, cioè le cose riguardanti la guerra cartaginese. *Modo* sta per *dummodo:* « sol che volgessero a bene... ». — *agitandum:* « doversi dibattere la questione ». — **5.** *quid peditum...*: « quanti fanti... »; e così per le frasi seguenti. — **6.** *quid in Apulia... esset*, cioè *quid copiarum.* — *unde*, da unirsi con *ratio*, vale *ex qua.* — *inibatur ratio:* « si poteva trovare un mezzo ». — *omitti eo anno placuit:* « si deliberò di non pensare per quell'anno ». — **7.** *qui*

exercitu M. Marcelli, qui eorum ex fuga Cannensi essent, in Siciliam eos traduci atque ibi militare, donec *in* Italia bellum
esset, placuit; eodem ex dictatoris legionibus reici militem 8
minimi quemque roboris, nullo praestituto militiae tempore, nisi quod stipendiorum legitimorum esset. Duae legiones ur- 9
banae alteri consuli, qui in locum L. Postumi suffectus esset, decretae sunt, eumque, cum primum salvis auspiciis posset, creari placuit; legiones praeterea duas primo quoque tempore 10
ex Sicilia acciri, atque inde consulem, cui legiones urbanae evenissent, militum sumere quantum opus esset; C. Terentio 11
consuli prorogari in annum imperium, neque de eo exercitu, quem ad praesidium Apuliae haberet, quicquam minui.

XXVI. Dum haec in Italia geruntur apparanturque, nihilo 1
segnius in Hispania bellum erat, sed ad eam diem magis prosperum Romanis. P. et Cn. Scipionibus inter se partitis 2
copias, ut Gnaeus terra, Publius navibus rem gereret, Hasdrubal Poenorum imperator, neutri parti virium satis fidens, procul ab hoste intervallo ac locis tutus tenebat se, quoad multum

---

eorum: Ordina: *eorum de exercitu M. Marc. eos qui... essent in Siciliam traduci... placuit:* « dei soldati di M. Marcello quelli provenienti dalla fuga di Canne... ». — *placuit:* « si deliberò ». — **8.** *minimi quemque roboris:* « i soldati più deboli ». — *nullo praestituto militiae tempore, nisi...;* cioè: « non prescrivendo (per i soldati del dittatore) un numero obbligatorio di anni, salvo il solito del servizio regolare (da 16 a 20 anni per la fanteria, e 10 per la cavalleria incominciando dal 17° anno d'età). — **9.** *legiones urbanae,* che rimanevano a guardia della città. — *alteri consuli:* « a quello dei due consoli che... ». — *suffectus esset*, al congiuntivo, perchè il console non essendo stato ancora creato, non si trattava di persona determinata. — *salvis auspiciis:* « rispettando gli auspicii ». — **10.** *primo quoque tempore:* « alla prima occasione ». — *inde*, cioè = *ex iis legionibus.* — *militum... quantum opus esset,* per *quot milites opus essent.*

Cap. XXVI. — **1.** *geruntur:* col *dum* s'adopera il pres. indic., anche quando il verbo della proposiz. principale è passato. — *partitis copias:* ogg. dipend. dal participio dell'abl. assoluto. La costruzione è rara. Il WEISSENBORN ne cita questi es.: IV, 44, 10 « *omnia expertis patribus* », SALL., *Iug.*, 103, 7 « *Sulla omnia pollicito* », ed altri. — **2.** *neutri parti:* « nè sull'armata di mare, nè sull'esercito di terra ». — *intervallo ac locis tutus:* può supporsi un'endiadi, per *intervallo locorum;* oppure *intervallo* sta « per la distanza », e *locis* « per i luoghi fortificati ». — *tenebat*, da unire con *procul*

ac diu obtestanti quattuor milia peditum, mille equites in
3 supplementum missi ex Africa sunt. Tum refecta tandem spe
castra propius hostem movit, classemque et ipse instrui pa-
4 rarique iubet ad insulas maritumamque oram tutandam. In
ipso impetu movendarum de integro rerum perculit eum prae-
fectorum navium transitio, qui post classem ad Hiberum per
pavorem desertam graviter increpiti numquam deinde satis
5 fidi aut duci aut Carthaginiensium rebus fuerant. Fecerant
hi transfugae motum in Tartesiorum gente, desciverantque iis
auctoribus urbes aliquot, una etiam ab ipsis vi capta fuerat.
6 In eam gentem versum ab Romanis bellum est, infestoque exer-
citu Hasdrubal ingressus agrum hostium pro captae ante dies
paucos urbis moenibus Chalbum, nobilem Tartesiorum ducem,
7 cum valido exercitu castris se tenentem adgredi statuit. Prae-
missa igitur levi armatura, quae eliceret hostis ad certamen,
equitum partem ad populandum per agros passim dimisit,
8 *et* ut palantis exciperent. Simul et ad castra tumultus erat
et per agros fugaque et caedes; deinde undique diversis iti-
neribus cum in castra se recepissent, adeo repente decessit
animis pavor, ut non ad munimenta modo defendenda satis
animorum esset, sed etiam ad lacessendum proelio hostem.
9 Erumpunt igitur agmine e castris tripudiantes more suo, re-
pentinaque eorum audacia terrorem hosti paulo ante ultro
10 lacessenti incussit. Itaque et ipse Hasdrubal in collem satis

---

ab hoste. — *obtestanti:* « dopo aver... protestato ». — **4.** *in ipso impetu...:* « proprio mentre più fervevano i preparativi...» — *transitio:* si dichiaravano per la parte romana. — *post classem:* da unire con *increpiti.* — **5.** *Tartesiorum gente,* lungo il corso del *Betis (Guadalquivir).* — *iis auctoribus:* « per loro istigazione ». — **6.** *in eam gentem* ecc.: l'espressione non è bella perchè è ambigua, potendo, *ab Romanis* essere grammaticalmente, anche abl. *agentis.* Qui si vuol dire, che i Cartaginesi dalla guerra contro i Romani si volsero alla guerra contro i Tartesii. — *pro captae.* Ordina: *statuit adgredi Chalbum... tenentem se (qui se tenebat) pro moenibus* (cfr. cap. 16, 4) ecc. — **7.** *levi armatura:* « i soldati di... ». — *palantes,* acc.: « i nemici sparsi qua e là ». I due scopi del *dimittere equitum partem* sono espressi con due costruzioni diverse: *ad populandum,* e *ut... exciperent.* — **8.** *fugaque et caedes:* l'unione di *que... et* si trova altrove presso LIVIO (XXIV, 39, 6; 47, 4; XXV, 14, 5, ecc.), non però presso CESARE o CICERONE. — *ad lacessendum:* « a provocare ».

arduum, flumine etiam obiecto tutum, copias subducit et prae-
missam levem armaturam equitesque palatos eodem recipit,
nec aut colli aut flumini satis fidens castra vallo permunit. 11
In hoc alterno pavore certamina aliquot sunt contracta; nec
Numida Hispano eques par fuit nec iaculator Maurus cae-
trato, velocitate pari, robore animi viriumque aliquantum
praestanti. **XXVII.** Postquam neque elicere Poenum ad cer- 1
tamen obversati castris poterant neque castrorum oppugnatio
facilis erat, urbem Ascuam, quo finis hostium ingrediens Ha- 2
sdrubal frumentum commeatusque alios convexerat, vi capiunt
omnique circa agro potiuntur; nec iam aut in agmine aut in
castris ullo imperio contineri. Quam ubi neglegentiam ex re, 3
ut fit, bene gesta oriri senserat Hasdrubal, cohortatus milites,
ut palatos sine signis hostes adgrederentur, degressus colle
pergit ire acie instructa ad castra. Quem ut adesse tumul- 4
tuose nuntii refugientes ex speculis stationibusque attulere,
ad arma conclamatum est. Ut quisque arma ceperat, sine 5
imperio, sine signo, incompositi, inordinati in proelium ruunt.
Iam primi conseruerant manus, cum alii catervatim currerent,
alii nondum e castris exissent. Tamen primo ipsa audacia 6

— **9.** *agmine:* « in ischiera serrata ». — **11.** *eques:* « nei combattimenti a cavallo ». — *iaculator:* « nel tiro del giavellotto ». — *caetrato:* (lo spagnuolo) « munito di *caetra* », piccolo scudo. — *pari,* dativo, non abl., è riferito a *caetrato,* come *praestanti.* Il senso è che riuscivano superiori gli spagnuoli.

Cap. XXVII. — **1.** *poterant:* « poichè si accorsero di non potere ». L'imperfetto con *postquam* indica un fatto che perdurava ancora al momento che ne avveniva un altro. — **2.** *Ascuam,* ignota. Il WEISSENBORN intende che fosse Ἔσκουα, città dei Turduli, secondo TOLOMEO, II, 4, 11. — *in agmine:* « quando marciavano in ischiera ». — **3.** *ubi... senserat:* si aspetterebbe propriamente *ubi sensit.* Si può spiegare la cosa con un significato intensivo del piuccheperfetto. *Senserat,* « si era accorto », per *compertum habuit,* « fu sicuro ». — **4.** *quem:* Asdrubale, con la sua *acies instructa.* — *tumultuose,* da unire con *attulere.* — **5.** *ceperat.* Anche per questo piuccheperfetto si può osservare quanto sopra, § 3, abbiamo detto per *senserat:* « come ciascuno fu in armi ». — *sine signo.* Il RIEMANN interpreta: « senza neppure attendere il segnale »; ma pare evidente che qui si ripete a riguardo dei soldati romani il concetto del § 3, *sine signis:* « senza stendardi », e il singolare significherà: « senza neppure uno stendardo ». Cfr. *ne verbum quidem fecit,* cioè *ne verbum unum.* — *catervatim:* « in grandi stuoli ». — **6.** *ipsa:*

terruere hostem; deinde rari in confertos inlati, cum paucitas parum tuta esset, respicere alii alios et undique pulsi
7 coire in orbem, et dum *corpora* corporibus applicant armaque armis iungunt, in artum compulsi, cum vix movendis armis satis spatii esset, corona hostium cincti ad multum diei caeduntur; exigua pars eruptione facta silvas ac montis petit.
8 Parique terrore et castra sunt deserta et universa gens postero die in deditionem venit.

9 Nec diu in pacto mansit; nam subinde ab Carthagine allatum est, ut Hasdrubal primo quoque tempore in Italiam exercitum duceret, quae volgata res per Hispaniam omnium
10 ferme animos ad Romanos avertit. Itaque Hasdrubal extemplo litteras Carthaginem mittit indicans, quanto fama profectionis suae damno fuisset; si vero inde pergeret, priusquam
11 Hiberum transiret, Romanorum Hispaniam fore: nam praeterquam quod nec praesidium nec ducem haberet, quem relinqueret pro se, eos imperatores esse Romanos, quibus vix
12 aequis viribus resisti posset; itaque si ulla Hispaniae cura esset, successorem sibi cum valido exercitu mitterent; cui *ut* omnia prospere evenirent, non tamen otiosam provinciam

---

« con la sola ». — *rari:* « in pochi ». — *in confertos:* « contro i nemici ben serrati ». — *coire in orbem:* « si univano in manipoli ». Era l'ordinamento che prendeva la schiera attaccata da tutte le parti dai nemici: i soldati si collocavano dorso contro dorso, e la schiera presentava da tutte le parti la fronte al nemico. — **7.** *applicant:* « stringono ». — *movendis:* « per mettere in opera, adoperare ». — *ad multum diei:* « sino a giorno inoltrato ». — *eruptione facta:* « forzando il passo ». — **9.** *nec:* « non sì però da... ». — *subinde:* « subito dopo ». — *allatum est:* qui non si tratta di notizia, che vorrebbe la costruzione infinitiva; ma d'*ordine* portatogli, come si vede dall'*ut*. — *primo quoque tempore:* « appena potesse ». — **10.** *fuisset*, piuccheperfetto, perchè Asdrubale si riportava col pensiero al tempo in cui la cosa sarebbe già avvenuta. — *pergeret*, sott. *abire:* « si mettesse in marcia per allontanarsi di là ». — **11.** *praeterquam quod:* « oltre al fatto che... ». — *praesidium:* « una guarnigione da lasciare nel paese ». — *haberet*, congiuntivo, perchè è riferito il pensiero di Asdrubale. — *eos... quibus:* « tali... che ad essi... ». — **12.** *si ulla Hispaniae cura:* « se pur qualche piccolo interesse per la Spagna ». Qui è adoperato *ullus* non perchè la frase sia dubitativa, come vuole il RIEMANN (*Rem.*, 38), ma perchè si vuol ridurre il pensiero al minimo valore (*ullus*, per *unulus*). — *ut:* se pure, quando pure ».

fore. **XXVIII.** Eae litterae quamquam primo admodum 1
moverunt senatum, tamen, quia Italiae cura prior potiorque erat, nihil de Hasdrubale neque de copiis eius mutatum est;
Himilco cum exercitu iusto et aucta classe ad retinendam 2
terra marique ac tuendam Hispaniam est missus. Qui ut pe- 3
destris navalisque copias traiecit, castris communitis navibusque subductis et vallo circumdatis, cum equitibus delectis ipse, quantum maxime adcelerare poterat, per dubios infestosque populos iuxta intentus ad Hasdrubalem pervenit. Cum de- 4
creta senatus mandataque exposuisset atque edoctus esset ipse in vicem, quem ad modum tractandum bellum in Hispania foret, retro in sua castra redit nulla re quam celeritate tutior, quod undique abierat, antequam consentirent. Hasdrubal, 5
priusquam moveret castra, pecunias imperat populis omnibus suae dicionis, satis gnarus Hannibalem transitus quosdam 6
pretio mercatum nec auxilia Gallica aliter quam conducta habuisse: inopem tantum iter ingressum vix penetraturum ad Alpis fuisse: pecuniis igitur raptim exactis ad Hiberum descendit.

Decreta Carthaginiensium et Hasdrubalis iter ubi ad Ro 7
manos sunt perlata, omnibus omissis rebus ambo duces iunctis
copiis ire obviam coeptis atque obsistere parant, rati, si 8

Cap. XXVIII. — **1.** *admodum:* « interamente, affatto »; quindi *admodum moverunt:* « produssero il maggiore effetto ». — *cura prior potiorque erat:* « premeva più ». — *nihil de Asdrubale* ecc.: « non si mutò per nulla il decreto concernente... ». — *exercitu iusto:* « regolare ». — *aucta classe:* un'armata con numero di navi maggiore dell'ordinario. — **3.** *traiecit:* « fece tragittare ». — *adcelerare*, in significato intransitivo: « affrettarsi ». — *dubios:* « di dubbia fede ». — *iuxta intentus:* « del pari guardingo ». — *edoctus esset*, evidente correzione del VALLA invece dell'*edocuisset* dei codici. — *in vicem:* « a sua volta ». — **4.** *retro:* non è pleonasmo rispetto al *redit*, giacchè indica che rifece in senso inverso il medesimo cammino. — *undique:* « da ciascuna delle tappe della sua marcia ». — *consentirent:* « si fossero accordati ». — **5.** *pecunias:* « il pagamento di tributi ». — **6.** *transitus quosdam:* « il diritto di passaggio per certi territorii ». A ciò gli serviva il denaro, di cui egli imponeva il pagamento ai soggetti; ed anche a ritenere presso di sè gli ausiliarii gallici. — *inopem tantum iter* ecc.: « se privo di denari avesse intrapreso sì lungo viaggio ». — **7.** *sunt perlata:* « fu portato l'annuncio ». — *ire obviam coeptis:* « contrastare l'impresa ». — **8.** *per se*

Hannibali, vix per se ipsi tolerando Italiae hosti, Hasdrubal
dux atque Hispaniensis exercitus esset iunctus, illum finem Ro-
9 mani imperii fore. His anxii curis ad Hiberum contrahunt
copias et transito amne cum diu consultassent, utrum castra
castris conferrent an satis haberent sociis Carthaginiensium
10 oppugnandis morari ab itinere proposito hostem, urbem a
propinquo flumine Hiberam appellatam, opulentissimam ea
11 tempestate regionis eius, oppugnare parant. Quod ubi sensit
Hasdrubal, pro ope ferenda sociis pergit ire ipse ad urbem
12 deditam nuper in fidem Romanorum oppugnandam. Ita iam
coepta obsidio omissa ab Romanis est et in ipsum Hasdru-
1 balem versum bellum. **XXIX**. Quinque milium intervallo
castra distantia habuere paucos dies, nec sine levibus proeliis
2 nec ut in aciem exirent; tandem uno eodemque die velut ex
composito utrimque signum pugnae propositum est atque omni-
3 bus copiis in campum descensum. Triplex stetit Romana
acies: velitum pars inter antesignanos locata, pars post signa
4 accepta; equites cornua cinxere. Hasdrubal mediam aciem
Hispanis firmat; in cornibus dextro Poenos locat, laevo Afros

---

ipsi: « da solo ». — *tolerando*, vale *tolerabili*. — *Hispaniensis:* non « spagnuolo » (*Hispanus*), ma « residente nella Spagna ». Noi: « l'esercito di Spagna ». — *castra*, dei consoli; *castris*, d'Asdrubale. — *satis haberent:* « o bastasse loro per... ». — **10.** *Hiberam:* se ne ignora la posizione (male alcuni per *Tortosa*). — **11.** *pro ope ferenda:* modo raro, che può però annoverarsi tra quelli che in latino corrispondono all'italiano « invece di ». — *ad urbem deditam* ecc.: « ad assediare una città che testè ecc. ». Anche sopra (§ 10) *oppugnare* sta per « assediare », come risulta dal § 12 (*obsidio*).

Cap. XXIX. — **1.** *habuere*, soggetto *Romani*. — *nec ut in aciem* ecc.: « nè impegnando un combattimento generale ». — **2.** *velut ex composito:* « come se si fossero accordati ». — *propositum est:* « fu esposto » (il drappo rosso, che era il *signum pugnae*). — *omnibus copiis:* senza il *cum*, come al cap. 43: 5 « *profectus cetero exercitu* ». — **3.** *triplex:* « su tre linee ». Gli *hastati* erano sulla fronte della battaglia; poi venivano i *principes* e i *triarii*. — *velitum:* soldati di fanteria leggiera, che iniziavano ordinariamente il combattimento. — *inter antesignanos:* i *principes* e gli *hastati*, poichè le insegne erano affidate ai *triarii*. — **4.** *in cornibus:* dovendo essere riferito ai due aggettivi *dextro* e *laevo*, è al plurale: poteva anche adoperarsi al singolare, ed esser sottinteso dinanzi a *laevo*. — *Afros:* non propriamente « Cartaginesi », ma « soldati di origine

mercennariorumque auxilia; equitum Numidas Poenorum pe-
ditibus, ceteros Afris pro cornibus apponit. Nec omnes Nu- 5
midae in dextro locati cornu, sed quibus desultorum in mo-
dum binos trahentibus equos inter acerrimam saepe pugnam
in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat:
tanta velocitas ipsis tamque docile equorum genus est. Cum 6
hoc modo instructi starent, imperatorum utriusque partis haud
ferme dispares spes erant; nam ne minimum quidem aut nu-
mero aut genere militum hi aut illi praestabant; militibus
longe dispar animus erat. Romanis enim, quamquam procul 7
a patria pugnarent, facile persuaserant duces pro Italia atque
urbe Romana eos pugnare; itaque, velut quibus reditus in
patriam eo discrimine pugnae verteretur, obstinaverant animis
vincere aut mori. Minus pertinaces viros habebat altera acies; 8
nam maxima pars Hispani erant, qui vinci in Hispania quam
victores in Italiam trahi malebant. Primo igitur concursu, 9
cum vix pila coniecta essent, rettulit pedem media acies, in-
ferentibusque se magno impetu Romanis vertit terga. Nihilo
segnius *in* cornibus proelium fuit. Hinc Poenus, hinc Afer 10
urguet, et velut in circumventos proelio ancipiti pugnant; sed 11
cum in medium tota iam coisset Romana acies, satis virium ad

---

africana ». — *equitum* ecc.: « dei cavalieri poi, quelli Numidi..., gli altri... ». Come si vede, il genitivo partitivo è seguito dalle due espressioni disgiuntive. Il Bonino che crede *equitum Numidas* equivalente a *Numidarum* o *Numidas equites*, e forse anche il Weissenborn, non intendono la frase. — *pro cornibus:* « in mo' da formarne le ali ». — **5.** *nec omnes* ecc.: *nec Numidae erant omnes* ecc. — *sed quibus: sed etiam erant ii quibus* ecc. — *desultorum:* nelle corse del Circo i *desultores* saltavano da un carro all'altro, o da un cavallo all'altro. — *inter acerrimam... pugnam:* « nel maggior fervore della mischia ». — *in recentem:* « fresco di forze ». — *ne minimum quidem:* la lezione è del Koch; evidentemente sbagliata e la lezione dei codici: *ne multum quidem*. — *animus:* « disposizione d'animo ». — **7.** *quamquam... pugnarent:* il cong. col *quamquam* non è estraneo a Livio. Qui suol del resto osservare che il congiuntivo può aver la sua ragione nel fatto che la cosa è detta secondo il pensiero dei duci. — *eo discrimine pugnae:* « nel cimento di quella battaglia ». — *obstinaverant* è qui costruito con l'inf., come altrove (VII, 33, 13) anche *destinare*. — **9.** *rettulit pedem:* « retrocedette ». — **10.** *nihilo segnius:* « non si allentò per nulla ». — *velut in circumventos:* « come se i Romani fossero stati già stretti in mezzo. —

dimovenda hostium cornua habuit. Ita duo diversa proelia erant.
12 Utroque Romani, ut qui pulsis iam ante mediis et numero et
13 robore virorum prestarent, haud dubie superant. Magna vis
hominum ibi occisa, et nisi Hispani vixdum conserto proelio
14 tam effuse fugissent, perpauci ex tota superfuissent acie. Equestris pugna nulla admodum fuit, quia, simul inclinatam mediam aciem Mauri Numidaeque videre, extemplo fuga effusa nuda
15 cornua elephantis quoque prae se actis deseruere. Hasdrubal
usque ad ultimum eventum pugnae moratus e media caede
16 cum paucis effugit. Castra Romani cepere atque diripuere.
Ea pugna, si qua dubia *in* Hispania erant, Romanis adiunxit,
Hasdrubalique non modo in Italiam traducendi exercitus sed
ne manendi quidem satis tuto in Hispania spem reliquerat.
17 Quae posteaquam litteris Scipionum Romae volgata sunt, non
tam victoria quam prohibito Hasdrubalis in Italiam transitu
laetabantur.

1 **XXX**. Dum haec in Hispania geruntur, Petelia in Bruttiis
aliquot post mensibus, quam coepta oppugnari erat, ab Hi-
2 milcone praefecto Hannibalis expugnata est. Multo sanguine
ac volneribus ea Poenis victoria stetit, nec ulla magis vis
3 obsessos quam fames expugnavit. Absumptis enim frugum
alimentis carnisque omnis generis quadrupedum suetae *in-*
*suetae*que, postremo coriis herbisque et radicibus et corticibus
4 teneris strictisque foliis vixere, nec ante, quam vires ad

---

11. *ad dimovenda hostium cornua:* l'esercito nemico aveva ripiegate le ali per stringere in mezzo i Romani. — *duo... proelia*: alle due ali. — **12.** *vis hominum:* « grande numero d'uomini... ». — **13.** *vixdum conserto proelio:* « non appena cominciata la mischia ». *Vixdum* con l'abl. assol. si trova anche presso CICERONE (*Catil.*, 1, 4, 10). — *tam effuse* è enfatico, come spesso le espressioni col *tam* e simili. Il RIEMANN e il BONINO sottintendono: *quam supra dictum est.* — **14.** *nulla admodum fuit:* « non ve ne fu affatto ». — *fuga effusa:* « con fuga precipitosa ». — **16.** *spem reliquerat*, dalla lez. del codice puteano *sperelinquerat:* il GRONOVIO legge *spes reliqua erat.*

Cap. XXX. — **1.** *Petelia:* cfr. cap. 20, § 4. — *ab Himilcone*, diverso naturalmente da quello del cap. 16, 6; ed anche da quello del 28, 20. — **2.** *stetit*, qui può corrispondere al nostro « costò ». — **4.** *strictisque foliis:* « ancora attaccate ai rami », cioè « tenere ». Il WEISSENBORN cita qui CESARE, *B. C.*, III, 58, 3: « *foliis ex arboribus strictis* ».

standum in muris ferendaque arma deerant, expugnati sunt.
Recepta Petelia Poenus ad Consentiam copias traducit, quam 5
minus pertinaciter defensam intra paucos dies in deditionem
accepit. Isdem ferme diebus et Bruttiorum exercitus Croto- 6
nem, Graecam urbem, circumsedit, opulentam quondam armis
virisque, tum iam adeo multis magnisque cladibus adflictam,
ut omnis aetatis minus duo milia civium superessent. Itaque 7
urbe a defensoribus vacua facile potiti hostes sunt; arx tantum
retenta, in quam inter tumultum captae urbis e media caede
quidam effugere. Et Locrenses descivere ad Bruttios Poenosque 8
prodita multitudine a principibus. Regini tantummodo re- 9
gionis eius et in fide erga Romanos et potestatis suae ad
ultimum manserunt. In Siciliam quoque eadem inclinatio 10
animorum pervenit, et ne domus quidem Hieronis tota ab
defectione abstinuit. Namque Gelo, maximus stirpis, contempta 11
simul senectute patris simul post Cannensem cladem Romana
societate ad Poenos defecit, movissetque in Sicilia res, nisi 12
mors adeo opportuna, ut patrem quoque suspicione aspergeret,
armantem eum multitudinem sollicitantemque socios absum-
psisset. Haec eo anno in Italia, in Africa, in Sicilia, in Hispania 13
vario eventu acta.

Exitu anni Q. Fabius Maximus a senatu postulavit, ut aedem
Veneris Erucinae, quam dictator vovisset, dedicare liceret.
Senatus decrevit, ut Ti. Sempronius consul designatus, cum 14

— *deerant*, non *defuerant*, per significare che « già mancavano ». — **5.** *recepta:* « presa », non già « presa nuovamente »; così pure nel cap. XI, 7. — *Consentiam* (oggi *Cosenza*) nel paese dei Bruttii, sul fiume Crati. — **6.** *Crotonem*, sulla costa orientale del *Bruttium;* divenuta potente dopo aver vinto Sibari, aveva poi cominciato a declinare verso il sec. IV a. C. — *minus duo milia*, con ellissi del *quam*, frequente. — **7.** *vacua:* « priva », è nei mscr. recenti · i più antichi hanno *vasta* o *vastata.* — *e media caede*, come sopra nel XXIX, 15. — **8.** *Locrenses*, gli abitanti di Locri, all'estremità del *Bruttium.* — **9.** *Regini*, gli abitanti di *Regium*, oggi *Reggio di Calabria.* — *regionis eius* va riferito a *tantummodo:* « i Regini furono i *soli* di quella regione... ». — *potestatis suae:* « indipendenti ». — **10.** *Hieronis*, noto per la sua fedeltà ai Romani. — **11.** *maximus stirpis*: « figliuolo primogenito ». — *post Cannensem cladem*, espressione attributiva di *societate:* « l'alleanza stretta coi Romani dopo... ». — **12.** *suspicione aspergeret:* « gettò qualche sospetto sul... ». — *sollicitantem:* « mentre cercava d'adescare ». — *dictator:* « quand'egli era dittatore ». — *vovisset:*

magistratum inisset, ad populum ferret, ut Q. Fabium duum-
15 virum esse iuberent aedis dedicandae causa. Et *mortuo* M.
Aemilio Lepido, qui consul augurque fuerat, filii tres, Lucius,
Marcus, Quintus, ludos funebres per triduum et gladiatorum
16 paria duo et viginti in foro dederunt. Aediles curules C. Lae-
torius et Ti. Sempronius Gracchus, consul designatus, qui in
aedilitate magister equitum fuerat, ludos Romanos fecerunt,
17 qui per triduum instaurati sunt. plebei ludi aedilium M. Aureli
Cottae et M. Claudi Marcelli ter instaurati.

Circumacto tertio anno Punici belli Ti. Sempronius consul
18 idibus Martiis magistratum init. Praetores Q. Fulvius Flaccus,
qui antea *bis* consul censorque fuerat, urbanam, M. Valerius
Laevinus peregrinam sortem in iuris dictione habuit; Ap.
Claudius Pulcher Siciliam, Q. Mucius Scaevola Sardiniam sor-
19 titi sunt. M. Marcello pro consule imperium esse populus
iussit, quod post Cannensem cladem unus Romanorum impe-
ratorum in Italia prospere rem gessisset.

1 **XXXI.** Senatus, quo die primum est in Capitolio consultus,
decrevit, ut eo anno duplex tributum imperaretur, simplex

---

cong., perchè si riferisce il pensiero di Fabio. — **14.** *magistratum*, parola incomprensibile nei codici: altri congettura *honorem*. — *ad populum ferret:* « proponesse al popolo ». — **15.** *mortuo*, evidente aggiunta del RIEMANN. Non è nei codici, e potè sparire nella scrittura per causa dell'M che segue. Nominandosi poi i *ludi funebres* e i *munera gladiatoria* (lotte di gladiatori fatte in onore di un defunto), *mortuo* viene a significare che tali cerimonie seguirono di poco la morte di Lepido. — *paria:* « coppie ». — **16.** *ludos Romanos:* si celebravano ogni anno il 15 settembre; duravano dapprima un giorno solo; ebbero in seguito varia durata. — *instaurati:* « rinnovati » o « ripetuti ». Il numero dei giorni *(per triduum)* non denota già la durata ordinaria dei giuochi, bensì i giorni aggiunti al numero normale: questi giuochi durarono dunque quattro giorni. — **17.** *plebei ludi*, istituiti nel 220 a. C., e celebrati il 15 novembre con rappresentazioni sceniche. — **18.** *praetores* ecc. Il *praetor urbanus* decideva le contestazioni tra cittadini, il *peregrinus* quelle tra cittadini e stranieri: la sorte decideva l'assegnazione dell'uno o dell'altro ufficio. La costruzione qui adoperata è diversa da quella del c. XXIX, 4 (*equitum*, v. nota), secondo la quale qui poteva anche dire *praetorum*. — *pro consule imperium:* « l'autorità di proconsole ». *Pro consule* è apposizione attributiva di *imperium*.

Cap. XXXI. — **1.** *duplex tributum... simplex.* Non si tratta d'imposte ordinarie o fisse, che non esistevano in Roma, ma di speciali contribuzioni, cui venivano obbligati i cittadini, in circostanze straordinarie: il

confestim exigeretur, ex quo stipendium praesens omnibus 2
militibus daretur, praeterquam qui milites ad Cannas fuissent.
De exercitibus ita decreverunt, ut duabus legionibus urbanis Ti. 3
Sempronius consul Cales ad conveniendum diem ediceret;
inde eae legiones in castra Claudiana supra Suessulam de-
ducerentur. Quae ibi legiones essent — erant autem Can- 4
nensis maxime exercitus —, eas Appius Claudius Pulcher
praetor in Siciliam traiceret, quaeque in Sicilia essent, Romam
deportarentur. Ad exercitum, cui ad conveniendum Cales 5
edicta dies erat, M. Claudius Marcellus missus, isque iussus
in castra Claudiana deducere urbanas legiones. Ad veterem 6
exercitum accipiendum deducendumque inde in Siciliam Ti.
Maecilius Croto legatus ab Ap. Claudio est missus.

Taciti primo expectaverant homines, uti consul comitia col- 7
legae creando haberet; deinde, ubi ablegatum velut de in-
dustria M. Marcellum viderunt, quem maxime consulem in
eum annum ob egregie in praetura res gestas creari volebant,
fremitus in curia ortus. Quod ubi sensit consul, « Utrumque » 8
inquit « e re publica fuit, patres conscripti, et M. Claudium
ad permutandos exercitus in Campaniam proficisci et comitia
non prius edici, quam is inde confecto, quod mandatum
est, negotio revertisset, ut vos consulem, quem tempus rei

---

tributum simplex era in proporzione di 1 per mille, e il *duplex* di 2 per mille del capitale dichiarato. — **2.** *stipendium praesens*. Tutti i commentatori s'accordano nel dar qui a *stipendium praesens* il significato di *stipendium eius anni*, invece del significato più esatto di « pagamento in contanti »: cfr. *pecunia praesens* (CIC., *Att.*, 2, 4, 1), « pronti contanti ». — *praeterquam (eis) qui.* — **3.** *Cales*, nella Campania, è accusativo dipendente da *ad conveniendum*. *Edicere diem ad conveniendum*, per *edicere diem conveniendi:* « fissare il giorno in cui si dovessero trovar raccolti ». — *inde*, cioè da Cales. — *castra Claudiana*, così denominati da Claudio Marcello, nelle vicinanze di Nola. — *Suessula*, città del Sannio, ai piedi degli ultimi contrafforti del monte Tifata. — **4.** *Cannensis... exercitus*, genitivo. — *maxime:* « quasi tutte ». — **5.** *isque iussus:* « con l'ordine ». — **6.** *ad veterem... legatus:* « con incarico speciale di... ». — **7.** *Taciti:* « senza reclamare ». — *exspectaverant*, con *ut* anche presso CICERONE (*Rosc. Am.*, 29, 82). — *velut de industria:* « come a bella posta ». — **8.** *sensit:* « ebbe sentore ». — *e re publica:* « conforme all'interesse pubblico ». — *is*, M. Claudio Marcello. — *inde*, dalla Campania. — *quod mandatum est:* « che gli fu affidato ».

9 publicae postularet, quem maxime voltis, haberetis ». Ita de comitiis, donec rediit Marcellus, silentium fuit. Interea duumviri creati sunt Q. Fabius Maximus et T. Otacilius Crassus aedibus dedicandis, Menti Otacilius, Fabius Veneri Erucinae;
10 utraque in Capitolio est, canali uno discretae. Et de trecentis equitibus Campanis, qui in Sicilia cum fide stipendiis emeritis Romam venerant, latum ad populum, ut cives Romani essent, item uti municipes Cumani essent *ex* pridie, quam
11 populus Campanus a populo Romano defecisset. Maxime, ut hoc ferretur, moverat, quod, quorum hominum essent, scire se ipsi negabant, vetere patria relicta in eam *civitatem*, in
12 quam redierant, nondum adsciti. Postquam Marcellus ab exercitu rediit, comitia consuli subrogando in locum L. Postumii
13 edicuntur. Creatur ingenti consensu Marcellus, qui extemplo magistratum occiperet. Cui ineunti consulatum cum tonuisset, vocati augures vitio creatum videri pronuntiaverunt; volgoque patres ita fama ferebant, quod tum primum duo plebei con-
14 sules facti essent, id deis cordi non esse. In locum Marcelli, ubi is se magistratu abdicavit, suffectus Q. Fabius Maximus tertium.

— *quem maxime voltis:* « e che è appunto quello che voi preferite a tutti »; perciò l'indicativo, giacchè la cosa è espressa come un'osservazione personale di chi parla, senz'alcuna dipendenza dalla proposizione precedente. — **9.** *silentium fuit:* « non si fece più parola ». — *Menti:* « al Senno ». Colla dedicazione di tal tempio i Romani vollero forse alludere alla dissennatezza di Flaminio, per colpa del quale fu perduta la battaglia del Trasimeno. — *canali uno:* « solo da un canale ». — **10.** *trecentis:* se ne parla nei capp. IV, 8 e VII, 2. — *stipendiis emeritis:* « avendo compiuto il servizio militare ». — *municipes Cumani:* non più *Capuani*, giacchè Capua avendo perduto tutti i suoi diritti per il tradimento, non era più municipio. Furono dunque iscritti quali *municipes* di una città vicina, e dal giorno anteriore a quello del tradimento, per toglierne ad essi l'onta. — *ex pridie quam:* « dal giorno anteriore a quello in cui... ». L'*ex* è congettura del WESENBERG e di MAURIZIO MÜLLER; cfr. XLV, 3, 2: « *in... pridie* ». — **11.** *ut hoc ferretur:* « a proporre ciò ». — *moverat quod:* « li aveva indotti questo, che... ». — *quorum hominum essent:* « a qual popolo appartenessero ». — *civitatem*, supplito dal LUCHS. — **13.** *ingenti consensu:* « a grandissima maggioranza ». — *occiperet:* « perchè entrasse subito in carica ». — *cui ineunti consulatum:* « e mentr'egli entrava in carica. *Dativus incommodi.* — *ita fama ferebant:* « spargevano questa voce ». — *quod*, riferito ad *id* che segue. — *cordi*

Mare arsit eo anno; ad Sinuessam bos eculeum peperit; 15
signa Lanuvii ad Iunonis Sospitae cruore manavere, lapidibusque circa id templum pluit. ob quem imbrem novemdiale, ut adsolet, sacrum fuit, ceteraque prodigia cum cura expiata.

XXXII. Consules exercitus inter sese diviserunt. Fabio 1
exercitus Teani, cui M. Iunius dictator praefuerat, evenit;
Sempronio volones, qui ibi erant, et sociorum viginti quinque 2
milia, M. Valerio praetori legiones, quae ex Sicilia redissent,
decretae: M. Claudius pro consule ad eum exercitum, qui
supra Suessulam Nolae praesideret, missus; praetores in Si-
ciliam ac Sardiniam profecti. Consules edixerunt, quotiens 3
in senatum vocassent, uti senatores quibusque in senatu di-
cere sententiam liceret ad portam Capenam convenirent. Prae- 4
tores, quorum iuris dictio erat, tribunalia ad Piscinam publicam posuerunt; eo vadimonia fieri iusserunt, ibique eo anno ius dictum est.

Interim Carthaginem, unde Mago, frater Hannibalis, duodecim 5
milia peditum et mille quingentos equites, viginti elephantos,

non esse: « tornava sgradito ». — **15.** *arsit:* « gettò fiamme ». — *ad:* sott. *templum.* — *manavere:* « grondarono »; con l'abl. anche presso CIC. (*De Divin.*, 1, 34, 74). — *novemdiale:* festa religiosa che durava nove giorni, per propiziare gli Dei dopo infausti prodigii. — *expiata: expiare* o *procurare prodigia*: « placare l'ira degli Dei, manifestata per mezzo dei prodigii ».

Cap. XXXII. — **1.** *Teani: Teanum Sidicinum*, città della Campania, sul versante nord del monte Massico: *exercitus Teani*, col gen. adoperato invece di un aggettivo (cfr. *exercitus Hispaniensis*). — **2.** *volōnes*, servi assoldati col pubblico denaro, per formarne legioni. — *qui ibi erant*, correzione del MADWIG; il cod. puteano: *volonesque fierent.* — *redissent.* Anche in ital.: « sarebbero tornate », con senso di futuro anteriore; e il futuro anteriore si richiederebbe qui nel discorso diretto. — *praesideret:* « stava a difesa di Nola ». — **3.** *in senatum vocassent:* « avessero convocato il Senato ». — *quibusque*, cioè *et ii quibus:* avevano il diritto di prender parte alle discussioni del Senato quelli che avevano occupato una magistratura curule. — *Capenam:* tra l'Aventino e il monte Celio. — **4.** *quorum* ecc.: la giurisdizione, cioè l'ufficio del decidere le liti tra i cittadini *(praetor urbanus)* o tra i cittadini e gli stranieri *(praetor peregrinus)*. — **4.** *Piscinam:* era a sud-est dell'Aventino, ma se ne ignora il punto preciso. — *vadimonia:* contratti di cauzione, con i quali terze persone garantivano la presentazione in giudizio di accusati o di citati in cause civili.

mille argenti talenta in Italiam transmissurus erat cum prae-
6 sidio sexaginta navium longarum, nuntius adfertur in Hispania
rem male gestam omnesque ferme eius provinciae populos
7 ad Romanos defecisse. Erant, qui Magonem cum classe ea
copiisque omissa Italia in Hispaniam averterent, cum Sar-
8 diniae recipiendae repentina spes adfulsit: parvum ibi exer-
citum Romanum esse; veterem praetorem inde A. Corne-
9 lium provinciae peritum decedere, novum expectari; ad
hoc fessos iam animos Sardorum esse diuturnitate imperii
Romani, et proximo iis anno acerbe atque avare imperatum,
gravi tributo et conlatione iniqua frumenti pressos; nihil
10 deesse aliud quam auctorem, ad quem deficerent. Haec clan-
destina legatio per principes missa erat, maxime eam rem
moliente Hampsicora, qui tum auctoritate atque opibus longe
11 primus erat. His nuntiis prope uno tempore turbati erectique
12 Magonem cum classe sua copiisque in Hispaniam mittunt, in
Sardiniam Hasdrubalem deligunt ducem et tantum ferme co-
piarum, quantum Magoni, decernunt.

13 Et Romae consules transactis rebus, quae in urbe agendae
14 erant, movebant iam sese ad bellum. Ti. Sempronius mili-
tibus Sinuessam diem ad conveniendum edixit, et Q. Fabius,
consulto prius senatu, ut frumenta omnes ex agris ante kal.
15 Iunias primas in urbes munitas conveherent; qui non inve-
xisset, eius se agrum populaturum, servos sub hasta vendi-
turum, villas incensurum. Ne praetoribus quidem, qui ad
ius dicendum creati erant, vacatio a belli administratione data
16 est. Valerium praetorem in Apuliam ire placuit ad exercitum

— **5.** *cum praesidio sexaginta* ecc.: « con sessanta navi da guerra (*naves longae*) per scorta ». — **7.** *omissa Italia:* « smesso il pensiero dell'Italia ». — *averterent:* « volevano piuttosto inviare ». — **9.** *ad hoc:* « oltre a ciò ». — *proximo anno:* « l'anno precedente ». — *imperatum:* il racconto è in XXI, 1, 3. — *gravi tributo:* il RIEMANN giustamente nota che ciò contradice a quanto è detto in XXI, 5. — *auctorem:* qui « un protettore ». — **10.** *per principes:* « avendo per intermediarii cospicui personaggi ». — **11.** *sua*, cioè *Magonis*. — **14.** *Sinuessam*, all'estremità del Lazio, sui confini della Campania. — *diem ad conveniendum:* vedi cap. prec., § 3. — **15.** *qui*, cioè *eius qui*. — **16.** *placuit* (*senatui*): « deliberò »; ma appunto perchè si tratta di deliberazioni pubbliche, attenderemmo l'*ut* piuttostochè l'infinito. — *exercitum:* supplito dal MADVIG;

a Terentio accipiendum; cum ex Sicilia legiones venissent,
iis potissimum uti ad regionis eius praesidium, Terentianum
exercitum Tarentum mitti cum aliquo legatorum; et viginti 17
quinque naves datae, quibus oram maritimam inter Brundi-
sium ac Tarentum tutari posset. Par navium numerus Q. 18
Fulvio praetori urbano decretus ad suburbana litora tutanda.
C. Terentio proconsuli negotium datum, ut in Piceno agro 19
conquisitionem militum haberet locisque iis praesidio esset.
[et] T. Otacilius Crassus, postquam aedem Mentis in Capi- 20
tolio dedicavit, in Siciliam cum imperio, qui classi praeesset,
missus.

XXXIII. In hanc dimicationem duorum opulentissimorum 1
in terris populorum omnes reges gentesque animos intende-
rant, inter quos Philippus Macedonum rex eo magis, quod 2
propior Italiae ac mari tantum Ionio discretus erat. Is ubi 3
primum fama accepit Hannibalem Alpis transgressum, ut bello
inter Romanum Poenumque orto laetatus erat, ita, utrius po-
puli mallet victoriam esse, incertis adhuc viribus fluctuatus
animo fuerat. Postquam tertia iam pugna tertia victoria cum
Poenis erat, ad fortunam inclinavit legatosque ad Hannibalem 4
misit; qui vitantes portus Brundisinum Tarentinumque, quia
custodiis navium Romanarum tenebantur, ad Laciniae Iunonis

Tarentum del DUKER; le due aggiunte sembrano necessarie. — **20.** *cum imperio:* aveva dunque speciale incarico militare. Egli aveva coperto l'ufficio di pretore (a. C. 217), e quello di propretore (a. C. 216): ora era uomo privato.

Cap. XXXIII. — **2.** *propior Italiae:* « molto vicino... ». — *ac:* « ed anzi ». — **3.** *Romanum Poenumque*, vale *Romanos Poenosque*. — *incertis adhuc viribus:* « finchè pendevano ancora incerte le sorti ». *Adhuc*, riferito al passato (per *etiam tum*), si trova anche altrove in LIVIO, XXIV, 22, 8; XXV, 37, 14; 39, 9. — *fuerat:* il RIEMANN, *Rem.*, 51, crede qui adoperato *fuerat*, non *erat*, per denotare che l'irresolutezza di Filippo era cessata; ma anche *fluctuatus erat*, « aveva ondeggiato », l'indicherebbe. Qui evidentemente il *fuerat* è adoperato per *erat*, come altrove in LIVIO: XXIII, 14, 2; 22, 3; 26, 5; 37, 6 ecc.; v. RIEMANN, l. c. — **4.** *postquam..., erat:* « poichè egli vide che... ». *Postquam* con l'imperfetto dell'ind. denota che il fatto di cui è parola, durava ancora al momento dell'azione principale. — *ad fortunam:* « a quelli favoriti dalla fortuna ». — *custodiis navium Romanarum:* « dalle navi romane poste a guardia ». — *Laciniae Iunonis:* sul promontorio Lacinio, a sei miglia da Crotone. Il tempio

5 templum in terram egressi sunt. Inde per Apuliam petentes
Capuam media in praesidia Romana inlati sunt deductique
ad Valerium Laevinum praetorem circa Luceriam castra ha-
6 bentem. Ibi intrepide Xenophanes legationis princeps a Phi-
lippo rege se missum ait ad amicitiam societatemque iun-
gendam cum populo Romano; mandata habere ad consules ac
7 senatum populumque Romanum. Praetor inter defectiones
veterum sociorum nova societate tam clari regis laetus ad-
modum hostes pro hospitibus comiter accepit; dat, qui pro-
8 sequantur; itinera cum cura demonstrat *et* quae loca quosque
9 saltus aut Romanus aut hostes teneant. Xenophanes per
praesidia Romana in Campaniam, inde, qua proximum fuit,
in castra Hannibalis pervenit foedusque cum eo atque amici-
10 tiam iungit legibus his, ut Philippus rex quam maxima classe
— ducentas autem naves videbatur effecturus — in Italiam
traiceret et vastaret maritimam oram, bellum pro parte sua
11 terra marique gereret; ubi debellatum esset, Italia omnis cum
ipsa urbe Roma Carthaginiensium atque Hannibalis esset,
12 praedaque omnis Hannibali cederet; perdomita Italia navigarent in Graeciam bellumque cum quibus regi placeret gerent; quae civitates continentis quaeque insulae ad Macedoniam vergunt, eae Philippi regnique eius essent.

---

aveva colonne d'oro massiccio. — **5.** *petentes Capuam:* « diretti a Capua ». — *Luceriam:* nella Daunia, oggi Lucera. Il Puteano però ha *Numeriam.* — **6.** *intrepide:* « senza scomporsi ». — **7.** *dat qui prosequantur:* « un séguito ». — **8.** *itinera:* « l'itinerario ». — *quae..... quosque*, interrogativo: la proposizione dipende sempre da *demonstrat.* — **9.** *qua proximum fuit:* « per la via più corta ». — **10.** *ducentas... naves videbatur effecturus:* « si credeva ch'ei potesse mettere insieme una flotta di...»; *pro parte sua:* anche in ital.: « per parte sua », cioè « per quanto egli poteva »; cfr. *pro virili parte.* — **11.** *ubi debellatum esset:* « quando si fosse posto fine alla guerra ». Il piuccheperfetto della proposizione indiretta equivale al futuro anteriore della proposizione diretta. — *cederet:* « passasse, spettasse ». — **12.** *navigarent:* sogg. Annibale e Filippo. L'imperfetto del discorso indiretto equivale al futuro del discorso diretto; in ital.: « navigherebbero ». — *cum quibus regi placeret* (la lezione è però incerta nei codici), cioè: *cum iis, cum quibus regi (Philippo) placeret bellum geri.* — *quaeque*, ossia *et quae.* Nel contratto dovevano essere specialmente determinate; Livio le indica brevemente con una espressione complessiva: *ad Macedoniam vergunt*, e perciò adopera l'indicativo,

XXXIV. In has ferme leges inter Poenum ducem lega- 1
tosque Macedonum ictum foedus; missique cum iis ad regis 2
ipsius firmandam fidem legati, Gisgo et Bostar et Mago. Eodem
ad Iunonis Laciniae, ubi navis occulta in statione erat, per-
veniunt. Inde profecti cum altum tenerent, conspecti *a* classe 3
Romana sunt, quae praesidio erat Calabriae litoribus; Vale- 4
riusque Flaccus cercuros ad persequendam retrahendamque
navem cum misisset, primo fugere regii conati; deinde, ubi
celeritate vinci senserunt, tradunt se Romanis et ad prae-
fectum classis adducti *sunt.* *Is* cum quaereret, qui et unde 5
et quo tenderent cursum, Xenophanes primo satis iam semel
felix mendacium struere, a Philippo se ad Romanos missum
ad M. Valerium, ad quem unum iter tutum fuerit, pervenisse,
Campaniam superare nequisse saeptam hostium praesidiis.
Deinde ut Punicus cultus habitusque suspectos legatos fecit 6
Hannibalis interrogatosque sermo prodidit, tum comitibus 7
eorum seductis ac metu territis litterae quoque ab Hannibale
ad Philippum inventae et pacta inter regem Macedonum
Poenumque ducem. Quibus satis cognitis optimum visum est 8
captivos comitesque eorum Romam ad senatum aut *ad* con-
sules, ubicumque essent, quam primum deportare. Ad id 9
celerrimae quinque naves delectae ac L. Valerius Antias, qui

---

per esprimere cioè che questa osservazione è sua, non riferita come pensiero delle persone di cui si parla.

Cap. XXXIV. — **1.** *In has... leges*, vale *his legibus:* l'*in* con l'acc. o con l'abl. sostituisce altre costruzioni. Cfr. Tac., *Ann.*, XV, 44: *in crimine incendii convicti sunt.* — *ferme:* « approssimativamente ». — **2.** *firmandam fidem:* « per prendere dal re il giuramento di fedeltà ai patti » A molti il passo sembra corrotto. — *ad*, sott. *templum.* — *occulta*, abl.; *statione:* « rada ». — **3.** *cum altum tenerent:* « essendo già in alto mare ». — *praesidio erat:* « proteggeva ». — **4.** *cercuros:* « alcuni cercuri », battelli rapidissimi al corso. — *regii:* « i legati del re ». — **5.** *qui:* « chi essendo essi »; ma per chiarezza converrà dire: « chi fossero e donde venissero », benchè propriamente nell'espressione latina non vi sia ellissi di verbo. — *satis iam* ecc.: « una bugia che già una volta gli era ben riuscita ». — **6.** *ut:* « poichè ». — *cultus:* « le foggie del vestire ». — **7.** *comitibus:* gl'inviati di Filippo. — *seductis:* « tratti da parte ». — **8.** *ubicumque essent:* qui con *ubicumque* il congiuntivo, perchè dipendente da una proposizione infinitiva. — **9.** *L. Valerius Antias:* diverso dall'annalista famoso, che è d'età posteriore, benchè non ben definita. — *qui*

praeesset, missus, eique mandatum, ut in omnis navis legatos separatim custodiendos divideret daretque operam, ne quod iis conloquium inter se neve quae communicatio consilii esset.

10 Per idem tempus Romae cum A. Cornelius Mammula ex Sardinia provincia decedens rettulisset, qui status rerum *in*
11 insula esset: bellum ac defectionem omnis spectare; Q. Mucium, qui successisset sibi, gravitate caeli aquarumque advenientem exceptum, non tam in periculosum quam longum morbum inplicitum, diu ad belli munia sustinenda inutilem
12 fore, exercitumque ibi ut satis firmum pacatae provinciae
13 praesidem esse, ita parum *aptum* bello, quod motum iri videretur, — decreverunt patres, ut Q. Fulvius Flaccus quinque milia peditum, quadringentos equites scriberet eamque legionem primo quoque tempore in Sardiniam traiciendam curaret
14 mitteretque cum imperio quem ipsi videretur, qui rem gereret,
15 quoad Mucius convaluisset. Ad eam rem missus est T. Manlius Torquatus, qui bis consul et censor fuerat subegeratque in
16 consulatu Sardos. Sub idem fere tempus et a Carthagine in Sardiniam classis missa duce Hasdrubale, cui Calvo cognomen erat, foeda tempestate vexata ad Balearis insulas deicitur,
17 ibique — adeo non armamenta modo sed etiam alvei navium quassati erant — subductae naves dum reficiuntur, aliquantum temporis triverunt.

---

praeesset missus: « fu inviato a capo della spedizione ». — *separatim custodiendos:* « facendoli guardare a vista, l'uno separatamente dall'altro ». — *divideret:* « distribuisse ». — **10.** *decedens:* « di ritorno ». Il participio presente fa qui le veci di un participio passato di forma attiva. — **11.** *gravitate caeli aquarumque:* « il clima e le acque malsane ». — *advenientem:* « al suo arrivo ». — *diu*, da unirsi con *inutilem*. — *inutilem fore:* « non sarebbe stato in grado di... ». — **12.** *ut satis... ita:* « era bensì abbastanza forte a proteggere una provincia in pace, poco però... ». — *aptum:* è aggiunto da H. I. MÜLLER; bella pure la congettura del MADVIG: *ita imparem bello.* — **14.** *quem ipsi videretur: videretur* è qui costruito impersonalmente, e vi si sottintende *mittendum esse.* La costruzione personale sarebbe: *eum qui ipsi videretur mittendus esse.* — **15.** *in consulatu; priore consulatu* congetturò, sulle tracce del DUCHS, MAURIZIO MÜLLER (praef. IX). — **16.** *et:* « anche ». — *deicitur:* « fu sbattuta contro le isole... ». — **17.** *armamenta:* « l'attrezzatura ». — *alvei:* « le chiglie ».

XXXV. In Italia cum post Cannensem pugnam, fractis 1
partis alterius viribus, alterius mollitis animis, segnius bellum esset, Campani per se adorti sunt rem Cumanam suae 2
dicionis facere, primo sollicitantes, ut ab Romanis deficerent; ubi id parum processit, dolum ad capiendos eos comparant. Campanis omnibus statum sacrificium ad Hamas *erat.* Eo 3
senatum Campanum venturum certiores Cumanos fecerunt petieruntque, ut et Cumanus eo senatus veniret ad consultandum communiter, ut eosdem uterque populus socios hostesque haberet; praesidium ibi armatum se habituros, ne quid 4
ab Romano Poenove periculi esset. Cumani, quamquam suspecta fraus erat, nihil abnuere, ita tegi fallax consilium posse rati. Interim Ti. Sempronius consul Romanus Sinuessae, 5
quo ad conveniendum diem edixerat, exercitu lustrato transgressus Volturnum flumen circa Liternum posuit castra. Ibi 6
quia otiosa stativa erant, crebro decurrere milites cogebat, ut tirones — ea maxima pars volonum erant — adsuescerent signa sequi et in acie agnoscere ordines suos. Inter quae 7
maxima erat cura duci, itaque legatis tribunisque praeceperat, ne qua exprobatio cuiquam veteris fortunae discordiam inter

---

Cap. XXXV. — **1.** *partis alterius:* dei Romani. — *mollitis animis:* « fiaccata l'energia » (per il soggiorno di Capua). — *segnius:* « più languida ». — **2.** *per se*, vale *ultro:* « di proprio impulso ». — *processit:* « ebbe buon esito ». — **3.** *statum:* « fisso, periodico », che si rinnovava cioè dopo un determinato spazio di tempo. — *ad Hamas:* luogo della Campania presso Cuma. — *certiores fecerunt:* « fecero sapere ». — **4.** *abnuere:* può esser tanto perfetto, che infinito storico. — *tegi fallax consilium:* « dissimulare il disegno dell'inganno ». I Cumani insomma volevano profittare dell'occasione per tendere a loro volta un agguato ai Campani. — **5.** *quo ad conveniendum:* cfr. cap. XXI, 3. — *exercitu lustrato:* « passato in rivista ». Si diceva *lustrare* per il *lustrum* o sacrifizio di purificazione, che si celebrava in tale occasione. — *Liternum*, nella Campania: credesi che corrisponda all'odierna *Patria.* — **6.** *otiosa stativa:* non v'erano fatti di guerra, nè gli accampamenti erano minacciati. — *decurrere:* « far marcie di resistenza ». — *ea maxima pars* ecc.: « tali erano in grandissima parte i *volones.* Equivale ad: *ii maximam partem volones erant.* — *in acie:* « nelle operazioni di guerra ». — *agnoscere ordines suos:* « riconoscere le proprie file », ossia: « saper prendere e mantenere il proprio posto in ordinanza, e nell'evoluzioni ». — **7.** *inter quae* ecc.; cioè: « le maggiori cure del capitano erano spese per... » — *itāque, et ita:* « e a tale intento ». — *praeceperat:* « aveva dato istruzioni ». — *exprobatio cuiquam;*

ordines sereret; vetus miles tironi, liber voloni sese exaequari
8 sineret; omnis satis honestos generososque ducerent, quibus
arma sua signaque populus Romanus commisisset; quae for-
9 tuna coegisset ita fieri, eandem cogere tueri factum. Ea non
maiore cura praecepta ab ducibus sunt quam *a* militibus
observata, brevique tanta concordia coaluerant omnium animi,
ut prope in oblivionem veniret, qua ex condicione quisque
10 esset miles factus. Haec agenti Graccho legati Cumani nun-
tiarunt, quae a Campanis legatio paucos ante dies venisset et
11 quid iis ipsi respondissent: triduo post eum diem festum esse;
non senatum solum omnem ibi futurum sed castra etiam et
12 exercitum Campanum. Gracchus iussis Cumanis omnia ex
agris in urbem convehere et manere intra muros, ipse pridie,
quam statum sacrificium Campanis esset, Cumas movet ca-
13 stra. Hamae inde tria milia passuum absunt. Iam Campani
eo frequentes ex composito convenerant, nec procul inde in
occulto Marius Alfius medix tuticus — *is* summus magistratus
erat Campanis — cum quattuordecim milibus armatorum
14 habebat castra, sacrificio adparando et inter id instruendae
fraudi aliquanto intentior quam muniendis castris aut ulli
15 militari operi. Nocturnum erat sacrum, ita ut ante mediam
16 noctem compleretur. Huic Gracchus insidiandum tempori
ratus, custodibus ad portas positis, ne quis enuntiare posset
coepta, et ab decuma diei hora coactis militibus corpora

dat. retto dal sostant. verbale: « il vilipendere alcuno per l'antica condizione... ». I *volones* erano servi arruolati nelle milizie. — **8.** *honestos* per l'onoratezza del carattere, *generosos* per l'onestà della nascita. — *eandem (fortunam):* « quella stessa fortuna che... » — **9.** *ab ducibus:* ma al § 7 riferisce tali istruzioni solo a Ti. Sempronio. — *condicione:* « condizione sociale ». — *quisque:* qui è fuori dell'uso classico per *unusquisque;* ma se ne trova esempio anche in CICERONE. — **11.** *triduo post:* i mss. *triduum; triduo* è correzione del WEISSEMBORN; *post* è avverbio: « tre giorni dopo ». — *eum diem* ecc.: « ricorreva quel giorno festivo ». — **12.** *esset:* « si compisse »; non *statum... esset; statum:* « solenne ». — **13.** *ex composito:* « secondo il piano prestabilito ». — *medix tuticus:* il magistrato supremo dei Campani. Questo titolo si trova in parecchie iscrizioni osche, e corrisponde al latino *judex publicus.* — **16.** *huic... insidiandum tempori:* « che quel tempo (a sagrifizio compiuto) era il più favorevole per l'insidia » (a parola: « doversi tendere l'insidie in quel punto »). — *coepta:* « l'impresa ». — *ab decuma diei hora:* le 4 pom.: noi di-

curare somnoque operam dare, ut primis tenebris convenire
ad signum possent, vigilia ferme prima tolli iussit signa, silen- 18
tique profectus agmine cum ad Hamas media nocte perve-
nisset, castra Campana ut in pervigilio neglecta simul omnibus
portis invadit; alios somno stratos, alios perpetrato sacro
inermis redeuntis obtruncat. Hominum eo tumultu nocturno
caesa plus duo milia cum ipso duce Mario Alfio, capta * et 19
signa militaria quattuor et triginta.

XXXVI. Gracchus minus centum militum iactura castris 1
hostium potitus Cumas se propere recepit, ab Hannibale me-
tuens, qui super Capuam in Tifatis habebat castra. Nec eum 2
provida futuri fefellit opinio: nam simul Capuam ea clades
est nuntiata, ratus Hannibal ab re bene gesta insolenter
laetum exercitum tironum magna ex parte *et* servorum spo-
liantem victos praedasque agentem ad Hamas se inventurum,
citatum agmen praeter Capuam rapit, obviosque ex fuga Cam- 3
panorum dato praesidio Capuam duci, saucios vehiculis por-
tari iubet. Ipse Hamis vacua ab hostibus castra nec quic- 4
quam praeter recentis vestigia caedis strataque passim corpora
sociorum invenit. Auctores erant quidam, ut protinus inde 5
Cumas duceret urbemque oppugnaret. Id quamquam haud 6
modice Hannibal cupiebat, ut, quia Neapolim non potuerat,
Cumas saltem maritimam urbem haberet, tamen, quia praeter

remmo ore 16. Noi numeriamo le ore dalla mezzanotte o dal mezzogiorno; i Romani calcolavano dodici ore di giorno e dodici di notte: la durata delle ore era quindi variabile secondo le stagioni. — *somnoque operam dare:* « attendere a dormire ». — **18.** *in pervigilio:* « come era da aspettarsi durante una veglia festiva ». — **19.** *capta*, MADVIG *capti;* può stare anche *capta* riferito a *milia:* non è nei manoscritti il numero dei prigionieri.

Cap. XXXVI. — **1.** *minus centum militum iactura:* « avendo perduto meno di cento soldati ». L'ellissi del *quam* con *minus* e *plus* seguiti da numerali, è regolare. — *ab Hannibale metuens:* « a cagione di Annibale ». — *in Tifatis:* montagna della Campania, a nord-est di Capua. — **2.** *simul*, vale *simulac.* — *ab re bene gesta*, anche qui con signif. di causa: « pel buon esito dell'impresa ». — *tironum magna ex parte* ecc.: « composto in gran parte di... ». — **3.** *citatum:* « con marce accelerate ». — *obviosque ex fuga Campanorum:* « i fuggiaschi Campani, che gli venivano incontro ». — *dato praesidio:* « sotto buona scorta ». — **5.** *auctores erant:* « consigliavano ». — *duceret:* sottint. *exercitum.*

arma nihil secum miles raptim acto agmine extulerat, retro
7 in castra super Tifata se recepit. Inde fatigatus Campanorum
precibus sequenti die cum omni apparatu oppugnandae urbis
Cumas redit, perpopulatoque agro Cumano mille passus ab
8 urbe castra locat, cum Gracchus magis verecundia in tali ne-
cessitate deserendi socios implorantis fidem suam populique
9 Romani substitisset quam satis fidens exercitui. Nec alter
consul Fabius, qui ad Cales castra habebat, Volturnum flumen
10 traducere audebat exercitum, occupatus primo auspiciis repe-
tendis, dein pro*curandis pro*digiis, quae alia super alia nun-
tiabantur, expiantique ea haud facile litari haruspices respon-
debant.

1 **XXXVII.** Eae causae cum Fabium tenerent, Sempronius
2 in obsidione erat et iam operibus oppugnabatur. Adversus
ligneam ingentem admotam urbi turrem aliam ex ipso muro
excitavit consul Romanus, aliquanto altiorem, quia muro satis
3 per se alto subiectis validis sublicis pro solo usus erat. Inde
primum saxis sudibusque et ceteris missilibus propugnatores
4 moenia atque urbem tuebantur; postremo, ubi promovendo
adiunctam muro viderunt turrem, facibus ardentibus plurimum

— **6.** *raptim acto agmine:* « nella marcia precipitosa »; cfr. sopra § 3: *citatum agmen... rapit.* — **7.** *cum omni apparatu oppugnandae urbis:* quindi con tutte le macchine necessarie all'espugnazione delle mura, l'ariete, le catapulte, le baliste, le *vineae* ecc. — *mille passus:* l'acc. con *locare* è qui adoperato a somiglianza della costruz. di *abesse* con l'accusativo: « alla distanza di... » — **8.** *magis verecundia... quam satis fidens:* « più per il pudore... che per molta fiducia ch'egli avesse... ». — *in tali necessitate:* « in sì estremo frangente ». — **9.** *traducere audebat exercitum:* « osava far passare il fiume all'esercito »; *traducere* con due accusativi. — **10.** *auspiciis repetendis:* « a prendere di nuovo gli auspicii »; cfr. cap. XIX, 3. — *procurandis prodigiis;* cfr. XXXI, 15. *Procurandis* non è però nei codici; v. Fügner, *Jahresb.*, XV, p. 20. — *litari*, impersonale passivo: « che non era facile ingraziarsi gli Dei coi sacrifizii ».

Cap. XXXVII. — **1.** *tenerent:* « trattenevano ». — *in obsidione erat:* « era assediato ». — **2.** *excitavit:* « fece sorgere ». — *per se;* anche in ital.: « per sè stesso, da solo ». — *sublicis:* le *sublicae* erano pali conficcati nel suolo o nel fondo dell'acqua (cfr. *pons sublicius*). — **3.** *sudibus:* specie di bastone a punta, che serviva come arma da getto. — **4.** *promovendo adiunctam muro:* la torre spinta innanzi aderiva ormai

simul ignem coniecerunt. Quo incendio trepida armatorum 5
multitudo cum de turre sese praecipitaret, eruptio ex oppido
simul duabus portis stationes hostium fudit fugavitque in
castra, ut eo die obsesso quam obsidenti similior esset Poenus.
Ad mille trecenti Carthaginiensium caesi et undesexaginta 6
vivi capti, qui circa muros et in stationibus solute ac negle-
genter agentes, cum nihil minus quam eruptionem timuis-
sent, ex improviso oppressi fuerant. Gracchus, priusquam se 7
hostes ab repentino pavore colligerent, receptui signum dedit
ac suos intra muros recepit. Postero die Hannibal, elatum 8
secunda re consulem iusto proelio ratus certaturum, aciem
intra castra atque urbem instruxit: ceterum, postquam ne- 9
minem moveri ab solita custodia urbis vidit nec committi
quicquam temerariae spei, ad Tifata redit infecta re.

Quibus diebus Cumae liberatae sunt obsidione, isdem diebus 10
et in Lucanis ad Grumentum Ti. Sempronius, cui Longo
cognomen erat, cum Hannone Poeno prospere pugnat. Supra 11
duo milia hominum occidit, et ducentos octoginta milites
amisit; signa militaria ad quadraginta unum cepit. Pulsus
finibus Lucanis Hanno retro in Bruttios sese recepit. Et ex 12
Hirpinis oppida tria, quae a populo Romano defecerant, vi
recepta per M. Valerium praetorem, Vercellium, Vescellium,
Sicilinum, et auctores defectionis securi percussi. Supra

alle mura. — *simul:* « tutti ad un tempo ». — **5.** *trepida:* « in gran trambusto ». — *eruptio... simul* ecc.: « i soldati che contemporaneamente da due porte irruppero fuori dalla città ». — *fudit:* « scompigliò ». — **6.** *ad mille trecenti:* « sino a mille e trecento ». *Ad* ha qui valore avverbiale; cfr. XXII, 50, 11: « *ad sescenti* ». — *solute ac neglegenter agentes:* « vagando liberamente e spensieratamente ». — *oppressi:* « sopraffatti ». — **7.** *se colligerent:* « si riavessero ». — *signum dedit*, con la costruzione del *canere* (*receptui*): « diede il segnale della raccolta ». — **8.** *iusto proelio:* « in regolare battaglia ». — *intra castra atque urbem:* « nello spazio compreso tra gli accampamenti e la città ». Suolsi correggere *inter*, ma il puteano ha *intra*, il cui significato ben s'attaglia alla frase. — **9.** *ceterum:* « ma ». — **10.** *Quibus diebus:* anticipazione rispetto all'*isdem* che segue. — *Grumentum*, in Lucania, sul fiume Agri; oggi « il Palazzo ». — **11.** *supra:* « più che »; avverbio. — *occĭdit:* (non *occīdit*). — *finibus:* « dal territorio ». — **12.** *per M. Valerium:* « per opera di... ». — *Vercellium* ecc.: le tre città ci

13 quinque milia captivorum sub hasta venierunt; praeda alia
militi concessa, exercitusque Luceriam reductus.

1 **XXXVIII.** Dum haec in Lucanis atque in Hirpinis ge-
runtur, quinque naves, quae Macedonum atque Poenorum
captos legatos Romam portabant, ab supero mari ad inferum
2 circumvectae prope omnem Italiae oram, cum praeter Cumas
velis ferrentur neque, hostium an sociorum essent, satis sci-
3 retur, Gracchus obviam ex classe sua naves misit. Cum per-
cunctando in vicem cognitum esset consulem Cumis esse,
naves Cumas adpulsae captivique ad consulem deducti et lit-
4 terae datae. Consul litteris Philippi atque Hannibalis per-
lectis consignata omnia ad senatum itinere terrestri misit,
5 navibus devehi legatos iussit. Cum eodem fere die litterae
legatique Romam venissent, et percunctatione facta dicta cum
scriptis congruerent, primo gravis cura patres incessit cer-
nentes, quanta vix tolerantibus Punicum bellum Macedonici
6 belli moles instaret. Cui tamen adeo non succubuerunt, ut
extemplo agitaretur, quem ad modum ultro inferendo bello
7 averterent ab Italia hostem. Captivis in vincula condi iussis
comitibusque eorum sub hasta venditis ad naves viginti
quinque, quibus P. Valerius Flaccus praefectus praeerat, vi-
8 ginti *quinque* parari alias decernunt. His comparatis deduc-
tisque et additis quinque navibus, quae advexerant captivos

sono altrimenti ignote. — **13.** *praeda alia*, secondo il WEISSENBORN, vale *cetera;* può anche interpretarsi: « d'altro genere ».

Cap. XXXVIII. — **1.** *quinque naves*: vedi cap. XXXIV, 9. — *omnem* ecc.: accusativo retto da *circumvectae; prope* è avverbio. — **2.** *praeter Cumas:* « oltre », cioè « all'altezza di Cuma, come dicesi in termine marinaresco ». — *hostium an sociorum:* ellissi dell'*utrum* nel primo termine; frequente anche in TACITO. — *ex classe sua:* si suole osservare che LIVIO non ha fatto innanzi parola di quest'armata. — **3.** *percunctando in vicem:* « con mutue domande ». Più regolare è l'uso di *in vicem* per « di volta in volta » (XXIII, 17, 10) o per « a sua volta » (XXIII, 28, 4). — *adpulsae:* « approdarono », « furono approdate ». — **4.** *consignata:* « suggellate ». — **5.** *percuntactione facta*, « fatta inquisizione ». — *cura:* « sollecitudine ». — *cernentes:* « nel considerare ». — *vix tolerantibus*, cioè *Romanis*. — **6.** *cui:* sott. *curae* — *agitaretur:* « si dibattè la questione ». — *ultro inferendo bello:* « prendendo l'offensiva ». — **7.** *iussis:* solita costruzione irregolare di *iussus;* cfr. cap. VI, 7: « dato il comando di custodire in carcere i prigionieri ». — *ad naves... parari alias:* « si preparino altre venticinque navi

legatos, triginta naves ab Ostia Tarentum profectae, iussusque 9
P. Valerius militibus Varronianis, quibus L. Apustius legatus
Tarenti praeerat, in naves impositis quinquaginta quinque na-
vium classe non tueri modo Italiae oram sed explorare de
Macedonico bello; si congruentia litteris legatorumque indiciis 10
Philippi consilia essent, ut M. Valerium praetorem litteris
certiorem faceret, isque L. Apustio legato exercitui praeposito 11
Tarentum ad classem profectus primo quoque tempore in Ma-
cedoniam transmitteret daretque operam, ut Philippum in
regno contineret. Pecunia ad classem tuendam bellumque 12
Macedonicum ea decreta est, quae Ap. Claudio in Siciliam
missa erat, ut redderetur Hieroni regi; ea per L. Antistium
legatum Tarentum est devecta. Simul ab Hierone missa du- 13
centa milia modium tritici et hordei centum.

XXXIX. Dum haec Romani parant aguntque, ad Phi- 1
lippum captiva navis una ex iis, quae Roma missae erant,
ex cursu refugit; inde scitum legatos cum litteris captos.
Itaque ignarus rex, quae cum Hannibale legatis suis conve- 2
nissent, quaeque legati eius ad se adlaturi fuissent, legationem
aliam cum iisdem mandatis mittit. Legati ad Hannibalem 3
missi Heraclitus, cui Scotino cognomen erat, et Crito Boeotius

da aggiungere... » — **9.** *militibus Varronianis:* cfr. cap. XXXII, 16. — *explorare de Macedonico bello:* « fare ricognizioni circa la guerra... » per informarsi delle forze dei nemici, e delle intenzioni di Filippo. — **10.** *indiciis:* « rivelazioni ». — *ut*, dipendente da un *decernunt* sottinteso. — *exercitui:* l'esercito fatto venire dalla Sicilia; cfr. XXXII, 16. — **11.** *trasmitteret:* « facesse passar le navi in M. ». — *ut Philippum* ecc.: « che Filippo non uscisse dal suo regno ». — **12.** *ut redderetur:* si tratta del denaro, di cui è ricordo in cap. XXI, 5. — **13.** *modium*, per *modiorum*.

Cap. XXXIX. — **1.** *Romā missae erant:* cfr. cap. XXXVIII, 8, (*ab Ostia... profectae*). I mss. hanno qui *Romae missa, Romam missae, Romam missa, Romae missae*. La maggior parte degli editori hanno *Romam missae*, che può anche ammettersi; (c. XXXVIII, 4: « *maribus devehi legatos iussit*). — *inde*, cioè *ex qua*. — **2.** *quae cum Hannibale* ecc.: « quali accordi fossero intervenuti tra Annibale e i suoi legati... ». — *adlaturi fuissent:* « avrebbero riferito », e, s'intende, se non fossero stati presi. — **3.** *Scotino:* gr. Σκοτεινός, « oscuro ». È curioso che il legato Eraclito avesse il medesimo cognome, che già fu dato al famoso Eraclito filosofo,

et Sositheus Magnes. Hi prospere tulerunt ac rettulerunt
4 mandata. Sed prius se aestas circumegit, quam movere
ac moliri quicquam rex posset: tantum navis una capta cum
legatis momenti fecit ad dilationem imminentis Romanis belli.
5 Et circa Capuam, transgresso Volturnum Fabio post expiata
6 tandem prodigia, ambo consules rem gerebant. Compulte-
riam et Trebulam et Austiculam urbes, quae *ad* Poenum de-
fecerant, Fabius vi cepit; praesidiaque in iis Hannibalis Cam-
7 panique permulti capti. Et Nolae sicut priore anno senatus
Romanorum, plebs Hannibalis erat, consiliaque occulta de
8 caede principum et proditione urbis inibantur. Quibus ne
incepta procederent, inter Capuam castraque Hannibalis,
quae in Tifatis erant, traducto exercitu Fabius super Sues-
sulam in castris Claudianis consedit. Inde M. Marcellum
propraetorem cum iis copiis, quas habebat, Nolam in prae-
sidium misit.

1 **XL.** Et in Sardinia res per T. Manlium praetorem admi-
nistrari coeptae, quae omissae erant, postquam Q. Mucius
2 praetor gravi morbo est implicitus. Manlius navibus longis
ad Caralis subductis navalibusque sociis armatis, ut terra rem
gereret, et a praetore exercitu accepto duo et viginti milia
3 peditum, mille ducentos equites confecit. Cum his equitum
peditumque copiis profectus in agrum hostium haud procul

---

vissuto tre secoli prima. — **4.** *prospere:* « ebbero buona fortuna nel portare... ». — *se aestas circumegit;* noi con altro traslato: « sopravvenne l'estate ». — *navis una capta:* « la cattura di una sola nave ». — *tantum... momenti fuit ad:* « sì grandi conseguenze ebbe per... ». — **5.** *ambo:* « tutti e due insieme ». — **6.** *Combulteriam* ecc.: questi luoghi debbono cercarsi nella Campania, nelle vicinanze di Capua, a sud o sud-est del Volturno. Diversa sarà *Compulteria* nel Sannio (v. XXIV, 20, 5). — *capti*, riferito pure a *praesidia.* — **8.** *quibus ne incepta procederent:* « e affinchè i loro tentativi riuscissero vani ». — *propraetorem:* però ai cap. XXX, 10 e XXXII, 2: *proconsulem.*

Cap. XL. — **1.** *per T. Manlium*, non *a T. Manlio;* perchè questi era incaricato d'affari, finchè durasse la malattia di Q. Mucio. — *praetorem*, qui in senso generico. T. Manlio era uomo privato *cum imperio* (v. cap. XXXIV, 15). — *omissae erant:* « erano rimaste in abbandono ». — **2.** *navibus longis:* « navi da guerra ». — *Caralis*, oggi *Cagliari.* — *navalibus sociis:* « le genti di mare, i marinai ». Questo significato si svolse dal fatto che agli alleati fu imposto l'obbligo di fornire di rematori

ab Hampsicorae castris castra posuit. Hampsicora tum forte
profectus erat in Pellitos Sardos ad iuventutem armandam,
qua copias augeret; filius nomine Hostus castris praeerat. Is 4
adulescentia ferox temere proelio inito fusus fugatusque. Ad
tria milia Sardorum eo proelio caesa, octingenti ferme vivi
capti; alius exercitus primo per agros silvasque fuga palatus, 5
dein, quo ducem fugisse fama erat, ad urbem nomine Cornum,
caput eius regionis, confugit; debellatumque eo proelio in 6
Sardinia esset, ni classis Punica cum duce Hasdrubale, quae
tempestate deiecta ad Baliaris erat, in tempore ad spem re-
bellandi advenisset. Manlius post famam adpulsae Punicae 7
classis Caralis se recepit: ea occasio Hampsicorae data est
Poeno se iungendi. Hasdrubal, copiis in terram expositis et 8
classe remissa Carthaginem, duce Hampsicora ad sociorum
populi Romani agrum populandum profectus Caralis perven-
turus erat, ni Manlius obvio exercitu ab effusa eum popula-
tione continuisset. Primo castra castris modico intervallo 9
sunt obiecta; deinde per procursationes levia certamina vario
eventu inita; postremo descensum in aciem. Signis conlatis
iusto proelio per quattuor horas pugnatum. Diu pugnam 10
ancipitem Poeni, Sardis facile vinci adsuetis, fecerunt; po-
stremo et ipsi, cum omnia circa strage ac fuga Sardorum

---

e marinai le navi da guerra. — **3.** *profectus:* « mettendosi in marcia ». — *Hampsicorae:* v. cap. XXXII, 10. — *in Pellitos Sardos:* gl'indigeni dell'isola, i superstiti di quella popolazione che aveva abitata l'isola prima dell'occupazione fenicia. Eran vestiti di pelli, e abitavano tra i monti. — **4.** *adulescentia ferox:* « baldanzoso per giovenile audacia ». — *temere:* « inconsultamente ». — **5.** *palatus:* « disperso ». — *quo ducem* ecc.; da unirvi: *ad urbem... quo.* — **6.** *debellatumque... esset:* « avrebbe avuto termine la guerra ». — *tempestate:* a questa tempesta si accenna nel c. XXXIV, § 16. — *in tempore ad spem rebellandi:* « nel momento opportuno per riprendere la guerra ». — **7.** *post famam adpulsae* ecc.: « dopochè seppe l'approdo ». — **8.** *expositis:* « fatti sbarcare ». — *perventurus erat:* « sarebbe certamente giunto » per quest'idea accessoria di certezza il verbo è all'indicativo. — *obvio exercitu:* « facendoglisi incontro con l'esercito ». — *ab effusa... populatione:* « da una sterminata devastazione ». — **9.** *procursationes:* « scorrerie ». — *levia certamina:* « scaramucce ». — *in aciem:* « a battaglia campale ». — *iusto proelio:* « con pari fortuna », d'ambo le parti. — **10.** *Sardis facile* ecc.: « poichè i Sardi erano avvezzi ad essere facilmente sconfitti ». — *strage ac fuga*

repleta essent, fusi; ceterum terga dantes circumducto cornu,
12 quo pepulerat Sardos, inclusit Romanus. Caedes inde magis
quam pugna fuit. Duodecim milia hostium caesa Sardorum
simul Poenorumque, ferme tria milia et septingenti capti et
1 signa militaria septem et viginti. **XLI.** Ante omnia claram
et memorabilem pugnam fecit Hasdrubal imperator captus et
Hanno et Mago nobiles Carthaginienses, Mago ex gente Bar-
2 cina, propinqua cognatione Hannibali iunctus, Hanno auctor
3 rebellionis Sardis bellique eius haud dubie concitor. Nec
Sardorum duces minus nobilem eam pugnam cladibus suis
4 fecerunt: nam et filius Hampsicorae Hostus in acie cecidit, et
Hampsicora cum paucis equitibus fugiens, ut super adflictas
res necem quoque filii audivit, nocte, ne cuius interventus
5 coepta inpediret, mortem sibi conscivit. Ceteris urbs Cornus
eadem, quae ante, fugae receptaculum fuit; quam Manlius
6 victore exercitu adgressus intra dies paucos recepit. Deinde
aliae quoque civitates, quae ad Hampsicoram Poenosque defe-
cerant, obsidibus datis dediderunt sese; quibus stipendio fru-
mentoque imperato pro cuiusque aut viribus aut delicto Ca-
7 ralis exercitum reduxit. Ibi navibus longis deductis impo-
sitoque, quem secum advexerat, milite Romam navigat
Sardiniamque perdomitam nuntiat patribus; et stipendium
quaestoribus, frumentum aedilibus, captivos Q. Fulvio prae-
tori tradit.
8 Per idem tempus T. Otacilius praetor ab Lilybaeo classi in
Africam transvectus depopulatusque agrum Carthaginiensem

Sardorum: « di Sardi uccisi o fuggenti ». — **11.** *circumducto cornu:* « facendo un movimento di girata con l'ala... ». — *inclusit:* « li prese in mezzo ». — **12.** *inde:* « da quel punto in poi ».

Cap. XLI. — **1.** *ante omnia:* « più che ogni altra cosa ». — *Hasdrubal... captus:* « la cattura di... ». — **2.** *auctor... Sardis:* « che aveva consigliato ai Sardi ». — **4.** *super adflictas res:* « oltre alla fiaccata potenza della patria ». — *cuius:* « d'alcuno ». — **5.** *fugae* (gen.): « ai fuggiaschi ». — *intra:* « nello spazio di... ». — **6.** *pro:* « a misura », cioè « proporzionalmente ». — *delicto:* la colpa della defezione. — **7.** *imposito... milite:* « posta a guardia la guarnigione romana ». — *stipendium:* i tributi o la taglia di guerra, ricevuta dalle città assoggettate od arrese. — *tradit:* « fa la consegna ». — **8.** *praetor:* nel medesimo

cum Sardiniam inde peteret, quo fama erat Hasdrubalem *a* 9
Baliaribus nuper traiecisse, classi Africam repetenti occurrit,
levique certamine in alto commisso septem inde naves cum
sociis navalibus cepit. Ceteras metus haud secus quam tem-
pestas passim disiecit.
Per eosdem forte dies et Bomilcar cum militibus ad supple- 10
mentum Carthagine missis elephantisque *et* commeatu Locros
accessit. Quem ut incautum opprimeret, Ap. Claudius per simu- 11
lationem provinciae circumeundae Messanam raptim exercitu
ducto *vento* aestuque saevo Locros traiecit. Iam inde Bomilcar 12
ad Hannonem in Bruttios profectus erat, et Locrenses portas
Romanis clauserunt: Appius magno conatu nulla re gesta
Messanam repetit.
Eadem aestate Marcellus ab Nola, quam praesidio obtinebat, 13
crebras excursiones in agrum Hirpinum et Samnites Caudinos
fecit adeoque omnia ferro atque igni vastavit, ut antiquarum 14
cladium Samnio memoriam renovaret. **XLII.** Itaque ex- 1
templo legati ad Hannibalem missi simul ex utraque gente
ita Poenum adlocuti sunt: « Hostes populi Romani, Hannibal, 2
fuimus primum per nos ipsi, quoad nostra arma, nostrae
vires nos tutari poterant. Postquam iis parum fidebamus,
Pyrrho regi nos adiunximus; a quo relicti pacem necessariam 3

---

significato generico che nel cap. XL, 1. — *quo:* non già *inde quo*, ma *Sardiniam quo...* — **9.** *occurrit:* « s'imbattè nell'armata che tornava nell'Africa ». — *cum sociis navalibus:* v. XL, 2. — **10.** *Bomilcar*, duce dei nuovi rinforzi, inviati da Cartagine ad Annibale, dopochè i primi, guidati da Magone, erano invece partiti per la Spagna (cfr. cap. XXXII, 11). — *ad supplementum:* « per rinforzo ». — **11.** *incautum:* « alla sprovvista ». — *per simulationem:* « simulando ». — *circumeundae:* « di voler girare la provincia per visitarla ». — *aestu:* « marea ». — **12.** *magno conatu:* « malgrado i grandi sforzi ». — **13.** *Samnites Caudinos:* popolazione sui confini tra il Sannio e la Campania. — **14.** *Samnio*, dativo per *Samnitibus*.

Cap. XLII. — **1.** *ex utraque gente:* nota il WEISSENBORN che qui si aspetterebbe *ex utroque populo;* vi si tratta infatti d'ordinamento politico. — **2.** *per nos ipsi:* « da soli ». — *postquam... fidebamus:* « dacchè poi cominciammo ad avere poca fiducia ». Qui il *postquam* è adoperato come termine correlativo del *primum;* e poichè è costruito con l'imperfetto dell'indicativo, denota che l'azione durava ancora al momento di cui si parla (anche: « ci accorgemmo di non poterci fidare »). — *nos adiunximus:* « ci unimmo » (dopo la battaglia di Eraclea). — **3.** *necessariam;*

accepimus, fuimusque in ea per annos prope quinquaginta ad
4 id tempus, quo tu in Italiam venisti. Tua nos non magis
virtus fortunaque quam unica comitas ac benignitas erga cives
nostros, quos captos nobis remisisti, ita conciliavit tibi, ut te
salvo atque incolumi amico non modo populum Romanum sed
5 ne deos quidem iratos, si fas est dici, timeremus. At hercule
non solum incolumi et victore sed praesente te, cum ploratum
prope coniugum ac liberorum nostrorum exaudire et flagrantia
tecta posses conspicere, ita sumus aliquotiens hac aestate deva-
stati, ut M. Marcellus, non Hannibal vicisse ad Cannas videatur,
glorienturque Romani te ad unum modo ictum vigentem velut
6 aculeo misso torpere. Per annos *centum* cum populo Romano
bellum gessimus nullo externo adiuti nec duce nec exercitu,
nisi quod per biennium Pyrrhus nostro magis milite suas
7 auxit vires quam suis viribus nos defendit. Non ego secundis
rebus nostris gloriabor, duos consules ac duos consulares exer-
citus ab nobis sub iugum missos, et si qua alia aut laeta aut
8 gloriosa nobis evenerunt. Quae aspera adversaque tunc acci-
derunt, minore indignatione referre possumus, quam quae
9 hodie eveniunt. Magni dictatores cum magistris equitum, bini
consules cum binis consularibus exercitibus ingrediebantur
finis nostros; ante explorato et subsidiis positis et sub signis

« inevitabile ». La pace fu fatta nell'anno 272 av. Cristo, dopo la partenza di Pirro. — **4.** *quos captos* ecc.: « che tu, dopo averci reso prigioni ». — *te salvo atque incolumi amico:* « finchè tu... ci sarai amico ». — *non modo*, per *non modo non*. La negazione si deduce dal *ne... quidem* che segue. — **5.** *praesente te cum... prope* ecc.: « al cospetto tuo, poichè quasi... ». — *aculeo misso:* alcuni mss. hanno *iaculo;* ma deve trattarsi di *aculeo*, giacchè, com'è stato più volte notato, il paragone è tolto dalle api e dalle vespe, delle quali si credeva che vibrato il pungiglione, morissero. Il WEISSENBORN cita CURT., IV, 14. 13: « *ubi primum impetum effudit, velut quaedam animalia emisso aculeo, torpet.* — **6.** *centum:* al cap. V, 8: *per centum prope annos.* — *nisi quod*, per indicare un'eccezione al *nullo* che precede. Ma anche questa eccezione è volta in vantaggio della propria tesi; possiamo tradurre: « salvo quella volta in cui Pirro... ». — **7.** *duos consules* ecc.: allude alla vittoria delle forche Caudine (321 a. C.). La proposizione infinitiva dipende sempre dal *gloriabor*, di cui in italiano si può ripetere il concetto: « non vanterò che... ». — *et si qua alia:* « e tutti gli altri fatti... ». — **9.** *bini consules:* « due consoli per volta ». — *ante explorato:* « dopo aver perlustrato ». *Ante* dunque è da unirsi direttamente con *explorato.* — *sub signis:* « raccolti i soldati sotto le insegne »; il che allude alla

ad populandum ducebant: nunc propraetoris unius et parvi 10
ad tuendam Nolam praesidii praeda sumus; iam ne manipu-
latim quidem sed latronum modo percursant totis finibus
nostris neglegentius, quam si in Romano vagarentur agro.
Causa autem haec est, quod neque tu defendis et nostra 11
iuventus, quae, si domi esset, tutaretur, omnis sub signis
militat tuis. Nec te nec exercitum tuum norim, nisi, a quo 12
tot acies Romanas fusas stratasque esse sciam, ei facile esse
ducam opprimere populatores nostros vagos sine signis palatos,
quo quemque trahit quamvis vana praedae spes. Numidarum 13
paucorum illi quidem praeda erunt praesidiumque *miseris*
simul nobis et Nolae ademeris, si modo, quos, ut socios ha-
beres, dignos duxisti, haud indignos iudicas, quos in fidem
receptos tuearis ».

XLIII. Ad ea Hannibal respondit, omnia simul facere 1
Hirpinos Samnitesque, et indicare clades suas et petere prae-
sidium et queri indefensos se neglectosque. Indicandum autem 2
primum fuisse, dein petendum praesidium, postremo, ni inpe-
traretur, tum denique querendum frustra opem imploratam.
Exercitum sese non in agrum Hirpinum Samnitemve, ne et 3
ipse oneri esset, sed in proxima loca sociorum populi Romani
adducturum. Iis populandis et militem suum repleturum se

disciplina dell'esercito. — **10.** *et parvi* ecc.: « e (siamo preda) del piccolo presidio posto a difesa di Nola ». — *iam:* « e ormai ». — *percursant:* « fanno scorribande ». — *neglegentius:* « più spensieratamente ». — **11.** *domi:* « in patria ». — **12.** *nec... norim:* « nè io riconoscerei più te e l'esercito tuo »; cioè: mostrerei di non fare il debito conto del loro valore. — *sine signis palatos:* come in XXVII, 3. — *quamvis vana:* « pur vanissima ». — **13.** *ademeris:* si aspetterebbe nel secondo termine *iudicaveris*, giacchè i due futuri anteriori indicano che facendo un'azione si compie anche l'altra. Il presente *iudicas* è più efficace, includendo l'idea che il giudizio sia immediato. — *si modo;* « sol che ». — *ut socios haberes:* suole interpretarsi come dipendente da *dignos;* meglio: « sì da fartene tuoi alleati », sott. a *dignos: qui in fidem reciperentur:* tratto dalle parole seguenti.

Cap. XLIII. — **1.** *omnia simul facere:* « facevano tutto in un medesimo tempo, cioè... ». — **2.** *indicandum:* sottintendi *quae essent clades.* — *tum denique querendum:* « allor sì che si aveva il diritto di lamentarsi ». — **3.** *et ipse:* « anch'egli » (come i Romani). —

4 et metu procul ab iis summoturum hostis. Quod ad bellum
Romanum attineret, si Trasumenni quam Trebiae, si Cannarum
quam Trasumenni pugna nobilior esset, Cannarum quoque se
memoriam obscuram maiore et clariore victoria facturum.
5 Cum hoc responso muneribusque amplis legatos dimisit;
ipse praesidio modico relicto in Tifatis profectus cetero exer-
citu ire Nolam pergit; eodem Hanno ex Bruttiis cum supple-
6 mento Carthagine advecto atque elephantis venit. Castris
haud procul positis longe alia omnia inquirenti comperta sunt,
7 quam quae a legatis sociorum audierat. Nihil enim Marcellus
ita egerat, ut aut fortunae aut temere hosti commissum dici
posset: explorato cum firmisque praesidiis, tuto receptu prae-
datum ierat, omniaque velut adversus praesentem Hannibalem
8 cauta provisaque fuerant. Tum, ubi sensit hostem adventare,
copias intra moenia tenuit; per muros inambulare senatores
Nolanos iussit et omnia circa explorare, quae apud hostes
9 fierent. Ex his Hanno cum ad murum successisset, Herennium
Bassum et Herium Pettium ad conloquium evocatos permissuque
10 Marcelli egressos per interpretem adloquitur. Hannibalis vir-
tutem fortunamque extollit, populi Romani obterit senescentem
11 cum viribus maiestatem. Quae si paria essent, ut quondam
fuissent, tamen expertis, quam grave Romanum imperium
sociis, quanta indulgentia Hannibalis etiam in captivos omnis
Italici nominis fuisset, Punicam Romanae societatem atque
12 amicitiam praeoptandam esse. Si ambo consules cum suis

---

procul ab iis: cioè dai Sanniti e dagli Irpini. — **4.** *Trasumenni, Trebiae* ecc.: *ad Trasumennum, ad Trebiam.* — **5.** *dimisit:* « congedò ». — *ire pergit:* « si mise in marcia verso... ». — **6.** *castris positis:* si riferisce ad Annibale, benchè preceda il nom. *Hanno.* — *longe alia:* « cose affatto diverse ». — *inquirenti comperta sunt:* « Annibale, indagando, giunse ad appurare ». — **7.** *temere:* « imprudentemente ». — *commissum:* « lasciato in balìa ». — *explorato:* « con perlustrazioni ». — *tuto receptu:* « con ritirate sicure ». — *velut adversus* ecc.: « come se lo stesso Annibale fosse di contro ». — **8.** *intra moenia:* « nel circuito delle mura ». — **9.** *ex his*, cioè *senatoribus:* è da congiungere con *Herennium Bassum et Herium Pettium.* — *successisset:* « essendosi avanzato sino a piè delle mura ». — *Herium:* è prenome. — **10.** *obterit:* « deprime »; antica congettura dell'Ascensius per *obtegit.* — **11.** *quae:* « le quali cose tutte », per generalizzare i concetti espressi dai sostantivi femminili che

exercitibus ad Nolam essent, tamen non magis pares Hanni-
bali futuros, quam ad Cannas fuissent, nedum praetor unus
cum paucis et novis militibus Nolam tutari possit. Ipsorum 13
quam Hannibalis *magis* interesse, capta an tradita Nola poti-
retur: potiturum enim, ut Capua Nuceriaque potitus esset;
sed quid inter Capuae ac Nuceriae fortunam interesset, ipsos
prope in medio sitos Nolanos scire. Nolle ominari, quae captae 14
urbi casura forent, et potius spondere, si Marcellum *cum*
praesidio ac Nolam tradidissent, neminem alium quam ipsos
legem, qua in societatem amicitiamque Hannibalis venirent,
dicturum. **XLIV.** Ad ea Herennius Bassus respondit multos 1
annos iam inter Romanum Nolanumque populum amicitiam
esse, cuius neutros ad eam diem paenitere, et sibi, si cum
fortuna mutanda fides fuerit, sero iam esse mutare. An dedi- 2
turis se Hannibali fuisse accersendum Romanorum praesidium?
Cum iis, qui ad sese tuendos venissent, omnia sibi et esse
consociata et ad ultimum fore.
Hoc conloquium abstulit spem Hannibali per proditionem 3
recipiendae Nolae; itaque corona oppidum circumdedit, ut
simul ab omni parte moenia adgrederetur. Quem ut suc- 4
cessisse muris Marcellus vidit, instructa intra portam acie
cum magno tumultu erupit. Aliquot primo impetu perculsi
caesique sunt; dein concursu ad pugnantis facto aequatisque

---

precedono. — **12.** *non magis pares*, detto in senso ironico. — *nedum:* « tanto meno poi ». — *novis:* « novizii ». — **13.** *ipsorum:* « ai Nolani stessi » (doveva importare). — *potiturum enim*, riprende il concetto con forza: « giacchè ad ogni modo la prenderebbe ». — **14.** *nolle*, sogg. *se:* « il suo pensiero rifuggiva dal presagire ». — *casura forent:* « accadrebbero ». Congettura del Nipperdey; i codici hanno *cessura.* — *et potius spondere:* « preferiva rendersi garante che... ». — *legem:* « i patti ». — *dicturum*, accordato col più lontano *neminem alium*, benchè a questo segua *quam ipsos.*

Cap. XLIV. — **1.** *multos annos:* « da molti anni ». Nola fu occupata dai Romani nel 313 a. C.: *amicitia* deve qui dunque intendersi di un *foedus* a condizioni molto favorevoli. — *ad eam diem;* nel discorso diretto, *ad hanc.* — **2.** *an:* Madvig; il puteano *eam.* — *dedituris se* ecc.: il pensiero è: « avrebbero invocato il presidio Romano, per poi darsi ad Annibale? » — *et ad ultimum:* unisci *et esse et fore.* — **3.** *recipiendae:* « di prendere ». — *corona:* « con un cordone di soldati ». — **4.** *successisse:* cfr. cap. XLIII, 9. — *intra portam:* « nel ridotto della porta », cioè presso

viribus atrox esse coepit pugna, memorabilisque inter paucas
fuisset, ni ingentibus procellis effusus imber diremisset pu-
5 gnantis. Eo die commisso modico certamine atque inritatis
animis in urbem Romani, Poeni in castra receperunt sese:
nam Poenorum prima eruptione perculsi ceciderunt haud plus
6 quam triginta, Romani quinquaginta. Imber continens per
noctem totam usque ad horam tertiam diei insequentis tenuit;
itaque quamquam utraque pars avidi certaminis erant, eo die
tenuerunt sese tamen munimentis. Tertio die Hannibal partem
7 copiarum praedatum in agrum Nolanum misit. Quod ubi
animadvertit Marcellus, extemplo in aciem copias eduxit;
neque Hannibal detractavit. Mille fere passuum inter urbem
erant castraque; eo spatio — et sunt omnia campi circa Nolam
8 — concurrerunt. Clamor ex parte utraque sublatus proximos
ex cohortibus iis, quae in agros praedatum exierant, ad proe-
9 lium iam commissum revocavit. Et Nolani aciem Romanam
auxerunt, quos conlaudatos Marcellus in subsidiis stare et
saucios ex acie efferre iussit, pugna abstinere, ni ab se signum
1 accepissent. **XLV.** Proelium erat anceps: summa vi et duces
hortabantur et milites pugnabant. Marcellus victis ante diem
tertium, fugatis ante paucos dies a Cumis, pulsis priore anno
2 ab Nola ab eodem se duce, milite alio, instare iubet. Non
omnis esse in acie; praedantis vagari in agris; et qui pugnent,
marcere Campana luxuria, vino et scortis omnibusque lustris

la porta, ma di dentro, in quello spazio precedente l'uscita, che per lo più era difeso da piani di torre, corsìe, baluardi, ecc. — *inter paucas:* « come ben poche ». — **5.** *eo die:* « per quel giorno ». — **6.** *continens:* « senza interruzione ». — *tenuit,* intransitivo: « durò »; cfr. cap. XII, § 2. — *avidi:* costruzione libera. — *eo die:* come sopra, nel § 5. — **7.** *in aciem:* « in campo aperto ». — *detractavit*, adop. assolutamente: « sfuggì la pugna ». — *concurrerunt:* « si azzuffarono ». — **8.** *cohortibus:* solita applicazione dei nomi romani all'armata punica. — **9.** *et Nolani:* « e dall'altra parte i Nolani ». — *conlaudatos:* « dopo averli encomiati ». — *in subsidiis:* « tra le milizie di riserva ». — *ab se:* da Marcello.

Cap. XLV. — **1.** *ante diem tertium:* « tre giorni prima ». — *milite alio:* « con altro esercito »; ablativo strum. — *instare iubet:* « comanda (ai suoi soldati) d'incalzare dappresso » (quelli già vinti...). — **2.** *praedantis vagari in agris: praedantis* è predicato (« per far preda »); il sogg. si deduce dalla proposizione precedente: « quelli che non erano in campo ». — *lustris:* « orgie, stravizii ». — **3.** *illam:* come spesso,

per totam hiemem confectos. Abisse illam vim vigoremque, 3
dilapsa esse robora corporum animorumque, quibus Pyrenaei
Alpiumque superata sint iuga. Reliquias illorum virorum
vix arma membraque sustinentis pugnare. Capuam Hannibali
Cannas fuisse. Ibi virtutem bellicam, ibi militarem discipli- 4
nam, ibi praeteriti temporis famam, ibi spem futuri extinctam.
Cum haec exprobrando hosti Marcellus suorum militum animos 5
erigeret, Hannibal multo gravioribus probris increpabat: arma
signaque eadem se noscere, quae ad Trebiam Trasumennumque, 6
postremo ad Cannas viderit habueritque; militem alium pro-
fecto se in hiberna Capuam duxisse, alium inde eduxisse.
« Legatumne Romanum et legionis unius atque alae magno 7
certamine vix toleratis pugnam, quos binae acies consulares
numquam sustinuerunt? Marcellus tirone milite ac Nolanis 8
subsidiis inultus nos iam iterum lacessit? Ubi ille miles meus
est, qui derepto ex equo C. Flaminio consuli caput abstulit?
Ubi, *qui* L. Paulum ad Cannas occidit? Ferrum nunc hebet? 9
An dextrae torpent? An quid prodigii est aliud? Qui pauci
plures vincere soliti estis, nunc paucis plures vix restatis?
Romam vos expugnaturos, si quis duceret, fortes lingua iacta-
batis; en minor res est; hic experiri vim virtutemque volo: 10
expugnate Nolam, campestrem urbem, non flumine, non mari

per indicare cosa già nota o famosa. Qui: « d'un tempo ». — *Pyrenaei*, genitivo singolare; o nom. plurale, sottintendendo *superati sint.* — **5.** *haec exprobrando hosti:* « con questi vilipendii contro il nemico ». — *gravioribus probris increpabat:* « con molto più gravi rampogne eccitava i suoi ». — **6.** *profecto*, non *profecto se: se* è accusativo sogg. di *duxisse; profecto* è avv., qui è nel significato di « purtroppo ». — **7.** *legatumne:* suole osservarsi che qui è così detto per raggiungere l'effetto oratorio. Marcello era propretore, rivestito di regolare *imperium.* Così pure, per raggiungere il medesimo effetto, abbiam qui: *legionis unius atque alae* (*unius*); cfr. cap. XXXI, 2; XXXII, 2. — *magno certamine:* « pur con uno sforzo supremo ». — *quos:* sott. *vos quos.* — **8.** *tirone milite:* « con soldati novizii ». — *Nolanis subsidiis:* « e con le riserve Nolane ». — *inultus:* trad. con l'avv. « impunemente ». — *caput abstulit:* cfr. XXII, 6, 3 e segg. — **9.** *hebet:* « si spunta ». In prosa comunemente non *hebere*, ma *hebescere.* — *quid:* non interrog., ma indefinito, e con un'idea molto più vaga di *aliquid.* — *pauci:* « in pochi ». — *restatis:* « potete resistere ». — *si quis duceret:* « se aveste un duce ». — *fortes lingua:* « baldanzosi solo a parole ». — **10.** *minor res est:* conserviamo la lezione del puteano; non

saeptam. Hinc vos ex tam opulenta urbe praeda spoliisque onustos vel ducam, quo voletis, vel sequar ».

1 **XLVI.** Nec bene nec male dicta profuerunt ad confir-
2 mandos animos. Cum omni parte pellerentur, Romanisque crescerent animi non duce solum adhortante, sed Nolanis etiam per clamorem favoris indicem accendentibus ardorem pugnae,
3 terga Poeni dederunt atque in castra compulsi sunt. Quae oppugnare cupientis milites Romanos Marcellus Nolam reduxit cum magno gaudio et gratulatione etiam plebis, quae ante
4 inclinatior ad Poenos fuerat. Hostium plus quinque milia caesa eo die, vivi capti sescenti et signa militaria undeviginti et duo elephanti, quattuor in acie occisis; Romanorum minus
5 mille interfecti. Posterum diem indutiis tacitis sepeliendo utrimque caesos in acie consumpserunt. Spolia hostium Mar-
6 cellus, Vulcano votum, cremavit. Tertio post die — ob iram credo aliquam aut spem liberalioris militiae — ducenti septuaginta duo equites, mixti Numidae *et* Hispani, ad Marcellum transfugerunt. Eorum forti fidelique opera in eo bello usi
7 sunt saepe Romani. Ager Hispanis in Hispania et Numidis in Africa post bellum virtutis causa datus est.

8 Hannibal, ab Nola remisso in Bruttios Hannone cum quibus venerat copiis, ipse Apuliae hiberna petit circaque Arpos con-
9 sedit. Q. Fabius ut profectum in Apuliam Hannibalem audivit, frumento ab Nola Neapolique in ea castra convecto, quae super Suessulam erant, munimentisque firmatis et praesidio, quod per hiberna ad tenendum locum satis esset, relicto, ipse

---

vediamo la necessità di mutazioni congetturali. — *praeda spoliisque:* cfr. cap. XI, 3.

Cap. XLVI. — **1.** *Nec bene* ecc.: « nè le buone nè le cattive parole »; oppure: « nè lodi nè rampogne ». — **2.** *per clamorem favoris iudicem:* « con applausi clamorosi ». *Favor* è però raro nella prosa classica: Cicerone l'adopera, non senza le debite riserve; cfr. QUINTIL., *Institut.*, VIII, 3, 34. — **3.** *inclinatior:* sott. *quam ad Romanos.* — **5.** *tacitis*, cioè che la tregua non era stata « dichiarata ». — *Vulcano votum:* « come aveva promesso di fare in voto a Vulcano ». — **6.** *liberalioris militiae:* « un servizio militare meglio retribuito ». — **7.** *virtutis causa:* « come premio del valore ». — **8.** *cum quibus:* attrazione, per *cum iis, cum quibus.* — *Arpos:* città dell'Apulia, le cui reliquie sono presso Foggia. — **9.** *in ea castra:* cfr. cap. XVII, 3; XI, 3. — *satis esset:* « potesse bastare ». Il con-

Capuam propius movit castra agrumque Campanum ferro
ignique est depopulatus, donec coacti sunt Campani, nihil 10
admodum viribus suis fidentes, egredi portis et castra ante urbem in aperto communire. Sex milia armatorum habebant, 11
peditem inbellem, equitatu plus poterant; itaque equestribus proeliis lacessebant hostem. Inter multos nobiles equites Cam- 12
panos Cerrinus Vibellius erat, cognomine Taurea. Civis indidem erat, longe omnium Campanorum fortissimus eques, adeo ut, cum apud Romanos militaret, unus eum Romanus Claudius Asellus gloria equestri aequaret. *Is* tunc Taurea, cum diu 13
perlustrans oculis obequitasset hostium turmis, tandem silentio facto, ubi esset Claudius Asellus quaesivit et, quoniam verbis 14
secum de virtute ambigere solitus esset, cur non ferro decerneret daretque opima spolia victus aut victor caperet.

XLVII. Haec ubi Asello sunt nuntiata in castra, id modo 1
moratus, ut consulem percunctaretur, liceretne extra ordinem in provocantem hostem pugnare, permissu eius arma extemplo 2
cepit provectusque ante stationes equo Tauream nomine compellavit congredique, ubi vellet, iussit. Iam Romani ad specta- 3
culum pugnae eius frequentes exierant, et Campani non vallum modo castrorum sed moenia etiam urbis prospectantes repleverant. Cum iam ante ferocibus dictis rem nobilitassent, 4

---

giuntivo è adoperato, perchè qui la proposizione relativa serve a indicare l'intenzione o la condizione cui è subordinata la cosa di cui si parla (cioè il numero dei soldati di presidio). — **10.** *coacti sunt:* « si videro costretti ». — *equitatu* ecc.: « però erano più forti quanto a cavalleria ». — **12.** *indidem:* cioè di Capua (non di Roma). — **13.** *perlustrans oculis:* ogg. *hostium turmas.* — **14.** *verbis de virtute ambigere:* « contendere a parole il primato del valore ». — *decerneret:* « contendeste ora col ferro »; cfr. ENNIO: *vitam cernamus* per *de vita decernamus.* — *opima*, in senso traslato; cioè, non come spoglie di un duce, ma del più forte campione dei nemici.

Cap. XLVII. — **1.** *id modo moratus ut:* « fermandosi sol tanto, quanto bastasse... ». È adoperato l'*ut*, perchè lo scopo dell'indugio è appunto di *percunctari consulem.* — *extra ordinem:* « fuor delle file ». — *provectusque..... equo:* « e spingendosi a cavallo ». — *congredique... iussit:* « e lo invitò a recarsi insieme ». — **3.** *frequentes:* « numerosi ». — **4.** *ferocibus:* « ardimentose, fiere ». — *rem nobilitassent:* « avevan fatto rilevare la nobiltà per tale impresa » (col dichiarare cioè che l'avversario era il più forte campione dei nemici). — *infestis hastis:* direzione di

infestis hastis concitarunt equos; dein libero spatio inter se
5 ludificantes sine vulnere pugnam extrahebant. Tum Romanus
Campano « Equorum » inquit, « hoc, non equitum erit cer-
tamen, nisi e campo in cavam hanc viam demittimus equos;
ibi nullo ad evagandum spatio comminus conserentur manus ».
6 Dicto prope citius equum in viam Claudius deiecit; Taurea
verbis ferocior quam re « Minime sis » inquit « cantherium
in fossam »; quae vox in rusticum inde proverbium prodita
7 est. Claudius, cum ea via longe perequitasset, nullo obvio
hoste in campum rursus evectus increpans ignaviam hostis
8 cum magno gaudio et gratulatione victor in castra redit. Huic
pugnae equestri rem — *quae* quam vera sit, communis exi-
stimatio est — mirabilem certe adiciunt quidam annales:
cum refugientem ad urbem Tauream Claudius sequeretur, pa-
tenti hostium porta invectum per alteram stupentibus miraculo
hostibus intactum evasisse.

1 **XLVIII.** Quieta inde stativa fuere, ac retro etiam consul
movit castra, ut sementem Campani facerent, nec ante violavit
agrum Campanum, quam iam altae in segetibus herbae pa-
2 bulum praebere poterant. Id convexit in Claudiana castra
super Suessulam ibique hiberna aedificavit. M. Claudio pro-
consuli imperavit, ut retento Nolae necessario ad tuendam
urbem praesidio ceteros milites dimitteret Romam, ne oneri
3 sociis et sumptui rei publicae essent. Et Ti. Gracchus, a Cumis

---

offesa: ‹ con le lance in resta ›. — *libero spatio:* ‹ prendendo il largo ›. — *inter se ludificantes:* ‹ deludendosi a vicenda › (cioè ‹ schermendosi dai colpi ›). — *extrahebant:* ‹ protraevano ›. — **5.** *nullo ad evagandum spatio:* ‹ non essendovi spazio per volteggiare ›. — *comminus conserentur manus:* ‹ ci azzufferemo da presso ›. — **6.** *dicto prope citius:* ‹ e quasi in men che non si dica ›. — *Minime sis* (per *si vis*): ‹ no, di grazia ›. — *cantherium in fossam:* sott. *demittas.* — **7.** *ea via:* la scrittura è qui molto incerta nei codici. — *evectus*, mediale, sott. *equo:* ‹ ritornato in campo aperto ›. — **8.** *communis existimatio est:* ‹ è lecito a tutti giudicarne ›. — *mirabilem:* ‹ miracolosa ›. — *invectum:* ‹ entrato ›. — *per alteram:* la porta dal lato opposto.

Cap. XLVIII. — **1.** *retro:* cioè ritornò agli accampamenti sopra Suessula. — *violavit:* ‹ devastò ›. — *in segetibus:* ‹ nei seminati ›. — **2.** *id*, cioè *pabulum.* — *necessario:* ‹ solo quello che fosse n. ›. — **3.** *a Cumis:* già notato più volte in Livio quest'uso coi nomi di città. V. Fügner,

Luceriam in Apuliam legiones cum duxisset, M. Valerium inde
praetorem Brundisium cum eo quem Luceriae habuerat exer-
citum, misit tuerique oram agri Sallentini et providere, quod
ad Philippum bellumque Macedonicum attineret, iussit.

Exitu aestatis eius, qua haec gesta perscripsimus, litterae 4
a P. et Cn. Scipionibus venerunt, quantas quamque prosperas
in Hispania res gessissent; sed pecuniam in stipendium vesti-
mentaque et frumentum exercitui et sociis navalibus omnia
deesse. Quod ad stipendium attineat, si aerarium inops sit, 5
se aliquam rationem inituros, quo modo ab Hispanis sumant;
cetera utique ab Roma mittenda esse, nec aliter aut exercitum
aut provinciam teneri posse. Litteris recitatis nemo omnium 6
erat, quin et vera scribi et postulari aequa fateretur; sed
occurrebat animis, quantos exercitus terrestris navalisque tue-
rentur, quantaque nova classis mox paranda esset, si bellum
Macedonicum moveretur: Siciliam ac Sardiniam, quae ante 7
bellum vectigales fuissent, vix praesides provinciarum exer-
citus alere; tributo sumptus suppeditari; ceterum ipsum tri- 8
butum conferentium numerum tantis exercituum stragibus et
ad Trasumennum lacum *et* ad Cannas imminutum; qui super-
essent pauci, si multiplici gravarentur stipendio, alia perituros
peste. Itaque nisi fide staret res publica, opibus non sta- 9
turam. Prodeundum in contionem Fulvio praetori esse, 10
indicandas populo publicas necessitates cohortandosque, qui

Liv., XXI, XXIII, p. 27 segg. — *agri Sallentini:* nell'estremità orientale della Calabria antica, dal territorio di Taranto sino al promontorio Iapigio. — **4.** *gesta:* cioè *gesta esse.* — *venerunt:* meglio *allatae sunt.* — *vestimentaque:* nota la corrispondenza *que... et*, che si trova anche altrove in Livio; cfr. c. XXVI, 8. — **5.** *aliquam rationem inituros quo modo:* ‹ avrebbero trovato un mezzo per... ›. — *utique:* ‹ ad ogni costo ›. — **6.** *nemo..... erat quin: quin*, non *qui non*, dopo *nemo;* al femm. però *quae non.* — *omnium:* con *nemo*, per rendere più efficace l'espressione, quasi dicesse: ‹ in sì gran numero › (di senatori). — *tuerentur:* ‹ si dovevano tenere in piedi ›. — **7.** *vectigales:* ‹ redditizie ›, — *praesides:* ‹ posti a difesa ›. — *tributo:* ‹ come le sole contribuzioni › (dei cittadini romani). — *sumptus suppeditari:* ‹ si sopperiva alle spese ›. — **8.** *qui superessent pauci:* ‹ i pochi superstiti ›. — *stipendio:* qui vale *tributo.* — *alia... peste:* ‹ altro genere di rovina › (la miseria). — **9.** *fide*, qui in senso commerciale: ‹ credito ›. — **10.** *in contionem*,

redempturis auxissent patrimonia, ut rei publicae, ex quà
11 crevissent, tempus commodarent conducerentque ea lege prae-
benda, quae ad exercitum Hispaniensem opus essent, ut, cum
12 pecunia in aerario esset, iis primis solveretur. Haec praetor
in contione edixit, quo*que die* vestimenta *ac* frumentum Hispa-
niensi exercitui praebenda, quaeque alia opus essent navalibus
1 sociis, esset locaturus. **XLIX.** Ubi ea dies venit, ad conducendum tres societates aderant hominum undeviginti, quorum
2 duo postulata fuere: unum, ut militia vacarent, dum in eo publico essent, alterum, ut, quae in naves imposuissent, ab
3 hostium tempestatisque vi publico periculo essent. Utroque impetrato conduxerunt, privataque pecunia res publica administrata est. Ii mores eaque caritas patriae per omnes ordines
4 velut tenore uno pertinebat. Quem ad modum conducta omnia magno animo sunt, sic summa fide praebita, nec quicquam *parcius militibus datum, quam* si ex opulento aerario, ut quondam, alerentur.

---

cioè *populi.* — *redempturis* (neutro): « le provviste prese in appalto » Tutta la frase significa dunque: « gli appaltatori arricchiti ». — *ex qua crevissent:* « a cui spese si erano arricchiti ». — **11.** *tempus commodarent:* « dessero una proroga al pagamento ». — *conducerentque ea lege praebenda:* « prendessero in appalto le forniture, col patto che...» — *iis primis solveretur:* « fossero i primi ad esser pagati ». — **12.** *navalibus sociis:* « armata di mare ». Invece del *quoque die,* che è congettura del WEISSENBORN, il puteano ha il semplice *quo;* vedi cap. seg. § 1: *ubi ea dies venit.*

Cap. XLIX. — **1.** *tres societates:* società o compagnie, nel senso commerciale moderno. — **2.** *postulata:* queste richieste erano naturalmente le condizioni, alle quali essi subordinavano la fornitura delle provvigioni. — *militia vacarent:* « fossero esenti dal servizio militare »; privilegio concesso alle alte cariche civili e sacerdotali dello Stato. — *in eo publico:* « in quella funzione pubblica ». *Publicum* è di uso non raro, ma qui è adoperato in significato speciale di « ufficio pubblico », specialmente in relazione al nome *publicani.* — *publico periculo:* « a rischio dello Stato ». La stessa frase è pure in XXV, 3, 10: « *quia publicum periculum erat a vi tempestatis in iis quae portarentur ad exercitus* ». — **3.** *per omnes ordines:* « per tutti gli ordini di cittadini », quasi volesse dire « perfino dei pubblicani », i quali erano naturalmente i più ingordi. — *pertinebat*: anche presso CICERONE costruito col *per*, nel significato di « distendersi, diffondersi » (*Nat. Deor.*, III, 25, 64). — **4.** *magno animo:* « con generosità ». — *fide:* « con coscienza ». — *parcius... quam,* aggiunto dal WEISSENBORN. Qualcosa di simile, se non proprio questo, doveva esser nel

Cum hi commeatus venerunt, Iliturgi oppidum ab Hasdru- 5
bale ac Magone et Hannibale Bomilcaris filio ob defectionem
ad Romanos oppugnabatur. Inter haec trina castra hostium 6
Scipiones cum in urbem sociorum magno certamine ac strage
obsistentium pervenissent, frumentum, cuius inopia erat, ad-
vexerunt, cohortatique oppidanos, ut eodem animo moenia 7
tutarentur, quo pro se pugnantem Romanum exercitum vidis-
sent, ad castra maxima oppugnanda, quibus Hasdrubal praeerat,
ducunt. Eodem et duo duces et duo exercitus Carthaginiensium, 8
ibi rem summam agi cernentes, convenerunt. Itaque eruptione 9
e castris pugnatum est. Sexaginta hostium milia eo die in
pugna fuerunt, sedecim circa *ab* Romanis. Tamen adeo haud 10
dubia victoria fuit, ut plures numero, quam ipsi erant, Ro-
mani hostium occiderint, ceperint amplius tria milia hominum, 11
paulo minus mille equorum, undesexaginta militaria signa,
septem elephantos, quinque in proelio occisis, trinisque eo
die castris potiti sint. Iliturgi obsidione liberato ad Intibili 12
oppugnandum Punici exercitus traducti suppletis copiis ex
provincia, ut quae maxime omnium belli avida, modo praeda
aut merces esset, et tum iuventute abundante. Iterum signis 13
conlatis eadem fortuna utriusque partis pugnatum. Supra
tredecim milia hostium caesa, supra duo capta cum signis
duobus et quadraginta et novem elephantis. Tum vero omnes 14
prope Hispaniae populi ad Romanos defecerunt, multoque
maiores ea aestate in Hispania quam in Italia res gestae.

---

testo: i due *quam* (*quicquam..... quam*) indussero in errore l'occhio del copista, e gli fecero omettere un rigo. — **5.** *Iliturgi*, indeclinabile; v. § 12. Era città dei Turdetani, sul Beti. — **6.** *inter:* « attraverso ». — **7.** *pro se: oppidanis.* — **8.** *rem summam agi:* « si decideva la sorte di tutta la campagna ». — **9.** *eruptione e castris:* « facendo una sortita dagli accampamenti ». — *a Romanis:* « dalla parte dei Romani ». — **10.** *adeo haud dubia:* « fu così sicura ». — *plures numero*, da unire con *hostium.* — *quam ipsi*, cioè i Romani. — **11.** *amplius..... minus:* ellissi del *quam*, già notata altre volte, e in questo caso, regolare. — **12.** *Iliturgi... Intibili:* sost. indeclinabili. *Intibili* è di posizione incerta. — *suppletis copiis:* « con truppe di rinforzo ». — *ut quae*, rif. a *provincia:* « come quella che... » — *modo*, vale *si modo:* « sol che ci fosse... ». — **13.** *duo capta*, cioè *duo millia* (i codd. invece di *duo* hanno *ti* o *que; duo* è cong. del GRONOVIO). — *multoque*, dei mss. più recenti; il Puteano: *modoque.*

87 LP IF012
Livy
Ab urbe condita libri XXIII